περιηγήσθω καλουμένου διαλεχόμενος γεράφει οὐταις. σὺ τοῦ φύλλος δρόποτες συντίθεσιν εἰς παλαιῆς συρακοῦς τρόπον ἀδάπτους, οἱ οὐ σφέρας ποιοῦταις, οὐδὲ ἐπιστὸν μάλιστος, τοσοφέρωδης διακρίσις αὐτὸν εἶναι οὐδὲν εἴδεις. Καὶ διηγήσθετος πίνουσι· οὐδὲ οὐδεὶς οὐδὲν αὐτὸν εἶδεις, τοῦτο οὐδὲν πολὺ ἔδοιτο. Amynthas libro primo de Aſie mansionibus, cum tractat de aērio melle, ita scribit; simul cum foliis decerpentes componunt, & fingunt ad instar Syriaca massæ; quidam globos ex eo faciunt, & ubiſu- mere cōllubitum est, defractas ex iū micas in ligneis po- eulis, quæ tabitas nominant, dilutas ante & colatas bi- bunt, gustu simili, ac si quis mel dilutum bibat; im- vero etiam multo jucundioris saporis, Non potuit ni- tidius ac pulchrius à quoquam manna quo vulgo uti- mur describi. Concretum, durum, dulce, mel- leum, quodque facile & nullo negotio aqua dis- solvit, quandoque magnis, quandoque parvis glebulis adfertur ex Calabria, quod & optimum, ut inferius dicam. Inquirendum quid per παλαιῆς συρακοῦς intelligat Amynthas. Exponunt massam caricarum pinguum, qualis ad nos è Syria adfertur; vulgo vocant vyge-kaes, id est, ficulnum caseum: aut caseum è caricis, fed utrum ex Sy- ria, utrum in Syria massa talis paretur, me fugit. Παλαθῆ massam caricarum exponit Hesychius. παλαθῆ τοῦ σύρου επιπλάτη θέσις. παλαθῆ σύρου μαζα. Palathe sicuum posi- tio, in qua alii alii sine intercessione, aut intersticio & intercedine superpositi sunt. palathæ massæ. massa fico- rum & pinguum caricarum, quas in morem laterum fi- gurantes, ut diu illæſe permaneant, calcant, atque com- pingunt. Possimus & palmularum caryotarum παλαθῆ accipere. palma in Syria frequens, in massa olim impin- gebatur. Martialis in Xeniis palathion (in nostro codice spalathion) caryotarum. xxiv.

Aurea porrigitur, Iani caryota Calendis:  
Sed tamen hoc manus pauperis esse solet.

Pruna quoque Damascena in offas & palathas condi- tas inde veniebant. Sed de caricis hoc nomen proprie ob- tinuit. Manna apud Aegyptios differentias obſervavit quatuor Alpinus lib. 4. de med. Aegypt. cap. 5. Primum manna genus, simile grano mastichis, nostri mastichinum appellant. Secundum adulteratum est amylo, saccharo, & modico manna mastichini, estque illud quod nostri bom- bacinum vocant. Has duas species Aegypti atque Ara- bes syracost nuncupant. Tertium terrenabim rubrum gar- nellosum, ex Armenia transportatum. An manna Alha- gieri Avicennæ. Rauwolf. fructis pugni magnitudine, fusi coloris? Quartum est quidam liquor, ut mel, qui interdū condensatur, colligiturque super arborebus mon- tis Sinae, in Arabia deserta, à reverendis monachis cal- vieribus, eum montem in habitantibus, qui id Consulibus, Cayri degentibus, offerunt, quid magnum illis donare opinantes. Apud Indos Garcias ab Horto lib. 1. cap. II. tria genera reperiſi scribit. primum genus utribus con- servatum, ſapore favi mellis, xirquest aut xircast vocatur. id est, lac ex arbore queſt nuncupatum. Nam xir lingua Perfica lac sonat. Nos corrupto nomine Siracost nuncu- pamus. Alterum genus tiriamiabim aut trungibim, ut vertit Bellunensis, in carduis nasci ferunt, granis tanquam coriandrum, colore inter fuscum & rubentē medio (hoe saltē non est manna albagieri Rhawolphi, si idem est quod ab Alpino & Garcia describitur) quæ ex tribulis decu- triuntur. Vulgus plantæ fructum esse puravit, sed gummi aut resinam esse reficitum est. Tertium genus magnis gle- bis advehitur, admixtis plerisque foliis, calabrii perfi- mille. Hoc manna plurisque aestimatur, defertur ex Ba- cara urbe Perfica admodum celebri. adfertur interdum Goam in utribus. Aliud genus ex Ormus emporio, melli candido depurato perfimile; sed facile corrumpitur in hac regione, quod vitreis lagenis non affervet. Aliud Manna genus à Christophoro A Costa his fere verbis de- scribitur: Præter ea manna genera quæ à Doctiss. ab Orto descripta sunt, aliud in Ormus venale confi- citur, quod in varias Indiae provincias defertur, quodque glebis paulo majoribus conſtat, quam calabrina, neque ita candidat. Id valenter purgat, diligenter autem ab humiditate conservari debet; alioquin facile corrumpit. Ad nos ex Calabria manna adfertur. Duo repe- riuntur in officinis genera. Granatum, quod minoribus granis conſtat. Mastichinum, quod majoribus & masti- chis guttis prope æqualibus. primum manna Cæſalpinus manna foliorum vocat, quod in foliis colligatur. alterum manna corporis, quod ex ramis arboris habeatur: præ- fertur quod ex foliis collectum est. conſtat hoc grano exi-

guo, translucente, candido, gravi, simile coriandri gra- nulo; gusto dulci & suavi. Secundum locum obtinet, quod ex ramis colligitur. Tertium quod in lapidib⁹. E- lige candicans, recens, anno non vetustius; ruffum, fuſ- cum in veteratum est. adulteratur saccharo penitio, her- barum foliis circumvoluto, amylo farina, rebusque similibus; quod fennæ folia, graniſ suis amplectitur, facti- tum est. Improbi, nebulones sunt qui id amylo & scammonea adulterant: in maximum enim vitæ pericu- lum conjiciunt ægros. Vulgata ac recepta opinio est, manna fieri à vaporibus calore foliis elatis, non longè à teræ superficie concretis, frigore nocturno: non fecus ac ros aut pruina: vel esse vaporem terræ succosum & optimum, æstatis calore elevatum, & in aëre in dulcem liquorem excoctum, noctis frigore coactum, & roris modo supra arborum & fruticum folia decidens. Hanc sententiam nonnulli irritam reddere his argumentis co- pantur. Primum, aëreum mel super omnis generis plan- tas, arbores, frutices herbas, reperitur. manna in fraxi- no & orno tantum &c. Sed Doctiss. Costa ex junipe- ro & pinu manna collegit, Pena & Lobelius ex olea, Mathiolus ex ficu, & ophioglossa herba exili, in abie- te, pinu, & larice quotannis conspicitur. Secundum argumentum, aëreum manna colligitur calida & ficca acriis constitutione, serena, ventis carente, suda; cala- brinum singulis diebus modo pluviae non ingruant nec venti sœviant. Quæro à candido lectore; utrumne tem- pus illud non sit ferenum, quando nec venti sœviant, nec pluviae cadunt. Tertium arg. manna quotannis ex iūdem colligitur arboribus: quod quidem per xxx. fere annos (ut ajunt) observatum est, ut colligentes fatentur; sunt eodem in loco, & ejusdem speciei arbores non- nullæ, supra quas manna non reperitur. Igitur è co- lo non cadi. Nam quæ major redi potest ratio de una quam de altera: præsertim de una speciei arbore, eodem in loco existente, ac per plures continuos annos id producent. Respond. arbores, ut manna concipere ac retinere possint, oportet sint neque ficcae omnino, ne abſorbeant; neque rarae, ne transcolent, ut de rore mel- leo docet Theophrastus, lib. de melle: arbores adſtan- tes vel rarae, vel ficcae nimium. Quartum argumentum; mel coagulatur ab aqua, & solvitur à calido: manna ca- lone dureſcit, humore liquefit. R. Quasi vero id fieri non posſit, quod manna magis elaboratum sit, ac aliam quan- tam naturam à vi frigoris assumperit. Sed mittamus hæc. Nam ex hoc argumento probatur, mel & manna diversæ esse ſubſtantiae; quod nec concedimus. Mel, in- quiunt, coagulatur aqua. Quomodo itaque ex melle ſyrupos conficiunt pharmacopei? Aqua, inquiunt, frigi- da coagulatur, calida solvit ignis vi. Nec illud verum est, aqua frigida non solvi. Cum primum affunditur, du- rius aliquo modo videtur mel, sed si paululum agitetur, solvitur: vel si diutius, aqua affusa maneat, ſua ſponte reſolvitur. Sic etiam manna, cum primum aqua ſuper- funditur, durius videtur, nec niſi tractu temporis longioris ſolvitur. Nec à solo calore ſolvitur mel (alioquin æſta- te liquidum adinodium foret,) sed à calido & humido, quo etiam ſolvitur manna. Id Pharmacopœis notum, qui quoties purgantibus miſcent manna, igni imponunt, a- quamque affundunt, agitantque continuo, ut citius reſolvatur. Quintum argumentum majoris ponderis vide- tur. Compertum, inquiunt, si fragulis tegantur arbores, nihilominus ſupra caudicem, & alias arboris partes in- veniri manna. Addunt ſextum; fraxinum & ornum, abſque aliquo rore coeli, gumium modo, incifo earum cortice, in lachrymas concreſcere, frondesque fraxini & orni excifas, ac ſub teſto aliquo coaditas, fun- dere manna. Sed respondet Doctiss. Mathiolus. Man- na hoc, quod incifo harum arborum cortice, in Apulia & Calabriensi agro, bac ētate, canicularibus diebus collachry- mare cœpit, nullius quidem plantæ liquor est, ſed idem man- na, quod superioribus diebus, in eaſdem arbores è calo deci- derat. Nam cum illis regionibus uſu veniat, quod præ cœ- ris, prædictæ arbores eo mellifluo rore affatim abundeque madefcant, ſitque cortex ſolis ardore nimio ſtiens, ac rimofus; magnam in ſe liquoris abſorbet copiam. Quo fit ut poſt- modum, vel exurente canicula, alijsque temporibus, incifo eodem cortice, idem liquor exhalet, & in grumos concreſcat; qui cum leves fungoſique ſint, ob arboris ſuccimifionem, infeliciter operantur, nec alterius manna viribus respondent. Quod vero id tantum fraxino ornoque egeniat, cum melleus ille ros in univerſum omnes occupet plantas, in cauſa eſt harum arborum occulta nobis potestas, ut magnetis ad fer- rum, succini ad paleas; Quippe omnibus notum eſt, a- pud Calabros & Apulos, ſolam fraxinum & congenerem

ornio-glossum ( ornium ) manna in se contrahere, retinere, densare, ac cohibere, ex aliis vero eandem statim defluere, & in subiectas herbas, petras solumque diffundi. Quare ab his duntaxat arboribus inciso cortice, non sane primo ac secundum naturam, sed ex accidenti defluit manna. Quod autem super arboribus stragulis tectis reperiatur, causa est, quod præcedentibus noctibus attractum à rore exsudenter manna. Cæterum quod fraxinus ac orni præ cæteris hunc trahant, retineantve humorem, causa videtur, quod, ut Theophrastus lib. 5. cap. 8. docet, natura humidissimæ sint, multoque humore gaudeant; Rorem ergo illum sicca æris constitutione vehementer attrahunt, & plus quam concoquere possunt, ideoque neceſſe habent posse exsudare. Alii aliam de manna habent sententiam. Anno 1532. & duobus sequentibus, scribunt viri Doctiss. in amœnioribus locis, æxtatis tempore, manna in salicibus repertum esse, copiosum, & que optimum, albissimum, facchari dulcedine; quod licebat colligere ex arboribus, & lapidibus, cuivis volenti. Eramus nos per id tempus disciplinæ auditores, intellexeramus tamen à preceptoribus nostris manna esse; quod diligenter perquirientes, an verum esset, quod ab ipsis & reliquis cum Galeno forebatur, locum in quo manna copiosius habebatur consideravimus, summo mane, Iulio mense ad id profecti: invenimus, parvarum quarundam apum, numerosam congeriem. Non erant quidem apes, sed calices crassi, quos, ob officium, apes parvas dicebamus; quibus inerant tria aut quatuor foramina, in partibus corporis, quæ in eisdem prominebant ad parvarum formicarum speciem. Per hæc itaque foramina guttae quedam parvae, albissimæ, sudoris modo eliciebantur, quas ros esse dixisses, si copiam guttarum cadentium, ex loco salicis in quo congesia apes erant, considerasses: erat autem non unus eorum grex, sed plures quam 50, in singulis autem gregibus innumerabiles apes, quæ locum unum non ultra diem aut noctem tenebant, deinde in aliud transvolabant; semper tamen arboribus insidebant, cum quodam bomboso sonitu apum, à quibus sudor guttatin defluens aut folia arborum, aut subiectos lapides regebat: quod vero in arenam aut solidata loca desidebat, peribat, reliquum colligebatur ad usum. Erat hoc purissimum manna, albedine, dulcedine, consistentia & efficacia probatum. Hanc cur improbem opinionem, ratio est: quod manna in una eademque arbore singulis noctibus recens natum reperiatur, nec in una alteraque tantum, sed omnibus ornis fraxinisque per totam Calabriam. Verisimile admodum culices hos manna se delectasse, non genuisse, vel confeſſe. Concludimus ergo rorem coeli manna: non gummi esse, nec succum arborum, aut à culicibus elaboratum.

Φασι δὲ καὶ ὅτι περιπονθῆ γίνεθαι. In Ald. & Baf. legitur  
καπνογλυκή γίνεται. Vulgata melior. Plinius lib. 16. c. 8. cre-  
mati quoque roboris cinerem, nitrosum esse, certum est.

autem quoque roboris cinctum, nitrosum esse, certum est.  
Tō δῆλυ καὶ τὸ ἄρρεν. Quae inter marem & foecinam in  
plantis sit differentia, docet auctor libelli de plantis lib.  
I. cap. 7. οὐ διφορά δέ τοῦ φυτῶν ἀρρένων καὶ τῶν καρπίων δια-  
χέσθε, διὰ ἄρρενων καὶ ἡλιόν, εἰσταν ἔργα τούτων αὐτῶν γνωσθέσιν διὰ τῶν  
ἰδιωμάτων τούτων δὲ επονημάτων σὺν αὐτοῖς. οὐ τό μόνον ἄρρενις εἰς πυκνότε-  
ρην, σκληρότερην, οὐ πολυκλωνώτερην. οὐτοίς υγρούς καὶ ταχύτερους εἰς  
πτυσσιστήν, οὐ φιλάλιχον διφοράν οὐ καρδυφυσιότερον. τὸ δέ δῆλυ, τὸ  
ἡλιάπτον ἔχει τοῦτον τὸν τοῖνον, οὐταν κατανοησομένη τοῦτο, παλιν τὸ  
χαπταῖς πόνος καὶ γροτερός τον δέρδης καὶ τὸ πέριν καὶ αὐτά ταῦτα  
Differentia quoque sylvestrium planarum οὐ hortensium,  
per masculos discernitur, οὐ foemellas, ubi quæque ipsarum  
per proprietatem, que eiū inest, cognita fuerit. Nam masculi-  
lus spissior est, ac durior, plurimis ramis abundans, minus  
lentus (sic τὸ υγρό) interpretor. præcessit enim σκληρότερον,  
πυκνότερον Hesych. υγρό, μαλακό, molle, lentum.) celerior  
in maturationem, habetque folia differentia οὐ surculos. fo-  
mella vero omnia hæc minus habet.

*Deus* est *gén.* *opus* vox apud Græcos latissimam habuit significationem, adeo ut omnis arbor *opus* nomine insignita fuerit. Nicand. scholiast. τὸν δὲ δινόδον ἐγέλουσι οἱ δαχτεῖοι θρόν. Suidas *θρόν.* τὸ δινόδον. idem *θρόν.* ex auctoritate Homeri, pinum dictam refert. οὐ μητρὸς οὐ πυκνοῦ. Alius poeta vitem *θρόνοις* ruris appellat. Idem testatur Hesych. *θρόνοις* πεπλατας, αἱ δέρπελαι. δια τὸ τοιούτοις. Ex eodem Hesych. *θρόνος* omnem arborem significare appetet, cum scribit δευθερός, ὑλότεμος, δινόδυτος, item δευθερός, ξύλος. Apud botanicos non omnem arborem, sed peculiariter glandiferas omnes, denotat. Diosc.lib. I. cap. 142. *θρόνος* συκῆς καὶ τοιούτων &c. *θρόνος* nomen à *θρόνῳ* erumpo, pululo, impositum. *θρόνος* Latini quercum vocant. Vertut Ganza, robur, quæ de causa male à quibusdam audit. Apud nullum, inquit, auctorem, robur progenere queruum reperitur. Quod tamen præter veritatem est. Nam apud Columellam lib. 4. cap. 26. legitur. *querens*, süber,

*E si quæ sint similia robora.* Plinius dicit modo quercum, modo robur interpretatur. Quod imitatur Virgil. cur ad hunc Homeri versum in Odyss.

Oὐ γὰρ δέπο δρύς ἐστι παλαιοφάτου, εἰδοῦ δέπο πέσσος  
in *Aeneid.* alludens, canit :

*Hæc nemora indigenæ fauni nymphæque tenebant;  
Gensque virum truncis, & duro robore nata.*

A πόδεν, è robore, nempe, nati, ut Dryades crede-  
bantur. Definant ergo grammatici magni Gazæ lace-  
rare manes. Concedimus ipsis, glandiferas ábores,  
quercus nomen αἰ τὸ πολὺ obtainere; negamus vero ro-  
boris nonnunquā nomine à probatissimis auctoribus re-  
censeri. Robur propriè quod Græcis ἄγαλμα δεῖ. quer-  
cus quod οὐκέπος eisdem dicitur. quercus recens nata, φίλη  
Græcis recentioribus dicitur. Hesych. φίλη δέ τι  
λατερ. quercus nondum adulta est & levis: id est, quæ sca-  
bro non est cortice.

Quercus genera, Idæi, quinque ajunt : quatuor Macedoniae, ac nonnulla nomine differre ajunt, nos singula, eorumq; nomina examinabimus. Theocryti etiam Icho- liastes δέως quinq; genera scribit. Eidyl. 6. εἰς ἡ δρῦς γίνεται. Φυγὸς κηρύξει, την μοδέον, ἀλυφός οὐδὲ αὔνατος. Plin.lib. in indice; 13. glandium genera scribit, quod multis dis- plicerit; Plinius, inquiunt, ex Latinorum quatuor generibus, quinque Idæorum, & Macedonum quaternis, trede- cim illa sua glandium genera constituit; quod profecto mirum & ridiculum est; nam pleraque eorum, non genere diversa sunt, sed nomine tantum; quedam nec nomine. Recte scri- psit Plinius; sed mentem Plinii non viderunt. Nam non quercus genera 13. ait, sed βασινόν id est glandium. Late- sumpsit vocem δέως; quod etiam fecit Dioscorides, cum οἶνος εἶδεν speciem δρῦος inquit, lib. 1. cap. 144. οὐ η φυγὸς οὐ η στέλεχος εἶδη ὄντα δρῦος; fagus & ilex, quercus genera. Idem scribit Nicand. scholiast. Tredecim glandium ge- nera hæc sunt. 1. quercus mas. 2. quercus foemina, 3. robur, 4. esculus, 5. cerrus, 6. fagus, 7. ilex mas, 8. ilex foemina, 9. suber, 10. Haliphloeos, 11. latifolia, 12. ai- gilops, 13. castanea. His adde palmarum, nucem avella- nam, aliasque arbores, quæ glandem ferunt; ita non tre- decim sed quindecim, & plura sicut genera. Palmæ fru- ctum βαλάνος vocari, extra dubium. Ipse Theophrastus castaneam, δρῦς βαλάνος vocat; alii avellanae nomen hoc tribuunt.

Οι οὐκέτι καλοῦνται, οι δὲ τοῦ μίδων. In Ald. & Bas. codice γλυκού legitur. Scribe ex cap. sequenti ἐπιμόδευν. ἐπιμόδευν, inquit, η της γλυκισάς. Inter δένδα genera Theocriti scholiast. ἐπιμόδευν nominat; quod non parum hanc confirmat lectionem, Quam Idæi ιμείδα vocabant, eandem Macedones ἐπιμόδεγι, quæ dulcem fert glandem. Eysch. ἐπιμόδευν η της γλυκισάς βεβαῖον ἔργον.

Hesych. τυπούσις η περ γλυκίας βαλανίου ἔχουσι.  
Αἰγιλάψ vel hanc vel ἀλιφοτον, Macedones, ἀσπει voca-  
runt: alterutra enim carent. utraque glandem fert ama-  
ram. An αἰγιλώπη Scholia fest Theocriti ἄμυλον vocat? ἄ-  
μυλον Græcorum nemo glandem tradidit. Idem Scholia-  
stes ἄμυλον panis genus ait: ἄμυλός δέ τις πάσῃ επι τῷ σπι-  
νῶν πυρεῖ γενίεται, ἄμυντος δὲ ἀρρώστος ὁ ἄπιο μύλον γενόμεται.  
Amylos panis ex constipato tritico factus, amylos panis  
molam non expertus. Hesych. placentum inquit esse ἄ-  
μυλον τὸ ακερδύτης. Αἴμυλον, quercus genus esse, nusquam  
legi. puto scribendum ἀσπει, vel αἰγιλάψ; nihil tamen  
muto. τὸ αἰγιλώπην κιμεσία appellare videtur idem Scho-  
liaft. Si κιμεσία non sit τὸ αἰγιλώπη, ignoro quodnam sit  
genus.

Αλιφλοις. οι δε οφλοις καλούσι, corrigere Scholia. Theor. cod. lege αἰτίᾳ ἀλινφοις ἀλιφλοις. Male vertunt falsicortex, quasi εἰς τὸν αἱρέτην καὶ τὸν φλοιον compositum effet nomen, cum εἰς αὐτὸν τὸν φλοιον nomen illud impositum sit. quod crassissimum corticem habeat. Pessima, inquit, Plin. lib. 16. cap. 31. Ε carboν Ε materia Haliphloeos dicta, cui crassissimus cortex atque caulis. Hac de causa οφλοις vocatur corticosus. Male in Aldino cod. οφλοιος, male Theod. recticorticem. A Vitruvio oraficortex dicitur. Graeci enim αἵρετη pro multum & valde ponunt; idem in compositis δῆ significat: vel ad verbum bene corticosus. Corrigere Hesych. codicē, ubi male scribitur αἱρετοις αἱρετοις διεισ. restitue αἱρετοις αἱρετοις διεισ.

bitur αλιφαλού γενερόντων. reititus αλιφαλού γενερόντων.  
 Γλυκυπέπειδε τὸ τῆς φυγῆς. Φυγής ποέται & Dori φαστού  
 cant, δῶν τοῦ φαγεῖται vescendo; quod hujus glande, ante  
 panis usum, vescerent mortales. Recentiores Graeci  
 χραντίζουν vocarunt. Cattian. Baff. lib. 10. cap. 76. τὸ συ-  
 κήμενον ἡθελατίζεται δικάστας, καὶ εἰς φυγήν, καὶ εἰς μηλίαν, καὶ  
 πέριμπτον, Εἰ εἰς ἄκχηδας (additur in Palar. cod. M. 55. per  
 parenthesim, φυγής ἡ δρῦς η λεγεντὴ χρειτήσα) καὶ εἰς πελειατ.  
 Morus inseritur in castaneam Ει phagum, Ει malum, Ει

terebinthum & pyrastrum ( phagus querqus quæ grani-  
tæ vocatur) & ulmum. Quæri solet an Latinorum fagus  
& Græcorum φηγός una eademque arbor. Ex his ean-  
dem facile concluderes arborem, Plin. libr. 16. cap. 5.  
glans dulcissima fago, ut quo obsecros etiam homines, duraf-  
se in oppido Chio, tradit Cornelius Alexander. Idem cap.  
sequent. glans fagi muribus gratissima, & ideo animalis  
ejus una proventus. glires quoque saginat; expetitur & tur-  
dis. Eodem capite. probatur & ea, cuius in balano (hunc  
locum paulo inferius examinabimus) utrimque ex longi-  
tudine extrema lapidescit duritia, &c. Poëtae arborem  
patulam ac umbrosam scribunt. Theocr. eidv. 13.

Σχιστὴν δὲ τὸν φηγόν.  
Ηἴλεον φρύγιον οὐδεὶς πορεύεται πάντα,  
Sub umbrosam vero fagum  
Sicut viator aliquis sole torrente properabam.

Virg. Ecl. 1.  
Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi.

Ecl. 2.  
Tantum inter densas umbrosa cacumina fagos.

Nunc addam, quæ planè hanc improbat opinionem. Abridue  
vendebat. Plin. l.c. fagi glans nucleus similis, triangula, cute  
includitur, folium tenui ac levissimum, populo simile, celeri-  
mè flavescens, & media parte, plerumque gignens superne  
parvulam baccam viridem, cacumine aculeatam. Theop.  
cap. 10. fagi glandem rotundam docet. An dicemus  
Plinium fagi historiam cum alterius, fortasse & vix confundere? An placet cum Ruellio Botanico insigni & in  
Pliniana lectione satis versato, dicere; duas esse fagos;  
unam glandiferam, alteram quam sectilem vocant in la-  
minas, Græci ὄψιν? Vt cuncte est: duas in unam con-  
flat historias Plinius; duas fagos esse & alteram sectilem  
doctiss. Ruellio visum fuit; quod Plin. lib. 16. cap. 43.  
dicat, facilis & fagus, quanquam fragilis & tenera, eadem  
sectilibus laminis in tenui flexilis. Idem Plin. ut recte ob-  
servavit doct. Robert. Constantinus, cap. 40. lib. 16.  
fagum celeriter marcescere scribit; Robur, inquit, mari-  
na aqua corrumpitur. Hoc falsum esse experientia docet.  
omnes naves Batavorum ex quercu: omnes aquam ma-  
rinam ferunt: nec dulcis aqua Amstelodami, ubi quando-  
que plusquam 7000. naves. Non improbat & fa-  
gus & jugulans. Hæ quidem in his quæ defodiuntur vel  
principales. Item juniperus, eadē & subditalibus ap-  
tissima. Fagus & cerrus celeriter marcescunt. Esculus  
quoq; humoris impatiens. Contra Palladius in Novembri  
titulo xv. Fagus, inquit in sicco utilis, humore corrumpi-  
tur. Alia Claudiani sententia;

Sic qui vecturus longinquæ per aquora, merces  
Objectare parat, fagos metitur, & alnos.

Theophrastus τὸν φηγὸν lignum iugumque καὶ αποτίθε-  
ται scribit. Diversa igitur fagus Latinorum à fago Græ-  
corum. Grammaticorum filii φηγός, Græcorum, & esculum  
Latinorum scribunt. Glossæ, & esculus εἶδος διόδου φηγός βα-  
λανοφόρος. & esculum & phagum eandem putarunt, quod  
utramque ab eadem origine deducant. Nam φηγός δὲ τὸν  
φαγόν dictam autumant, ut esculum sive & esculum ab  
esca, quod harum glande antiquissimi, ac primi parentes  
vixerint. Phagi materiem incorruptam manere tra-  
dit Theophrastus: de & sculo haec tradit Vitruvius. &  
sculus, inquit, quod est omnibus principiis temperata, habet  
in ædificiis magnas utilitates, sed ea cum in humore colloca-  
tur, recipiens penitus per foramina liquorem, ejecto aéri &  
igni operatione humidæ potestatis vitiatur. Palladius loc.  
cit. in fundamentis sine vitiis durare ait. Non puto &  
esculum Latinorum & Græcorum φηγόν eandem arborem:  
quamvis utrique dulcis glans. Plin. cap. 6. lib. 16. glans  
optima in quercu atque grandissima, mox esculo: nam robo-  
ris parva. Radicis mentionem fecisset Theophrastus, si  
φηγός & & esculus eadem arbor. Plin. lib. 16. cap. 31. Ro-  
boras suas in profundum agunt. Si Virgilio credimus, quer-  
cus quantum corpore eminet, tantum radice descendit.  
Versus hic lib. 4. Æneid. ubi quercum annosam ventis  
agitatam, cum Æneæ constantia comparat poëta.

At veluti annosam valido cum robore quercum  
Alpini Boreæ, nunc hinc, nunc flatibus illinc  
Eruere int̄ se certant: it stridor, & altè  
Consernunt terram concusso stipite frondes:  
Ipsa heret scopulis, & quantum vertice ad auras  
Ætherias, tantum radice ad tartara mittit.

Φηγός illud querqus genus dicimus, quod fert glandem  
rotundam, dulcissimam; materiamque habet putredinis  
minus obnoxiam.

Kaj δέντρον τὸ τῆς μητρὸς multas domesticæ querqus  
notas tradit hoc cap. Theophrastus, quas paulo infra ex-  
aminabo. A phago dulcissimū ferre glandem, ait. con-  
tra Plin. lib. 16. cap. 6. glans optima in quercu atque gran-  
dissima, mox esculo: nam roboris parva.

Αἰγιλώψιον cerrum interpretatur Theodorus. αἰγιλώψιον  
vox plures apud Botanicos plantas denotat, frumenti vi-  
tium, in quod degenerat hordeum. Theop. libr. 8. cap. 8. ιεροῦ ἡ αἰγιλώψιον δοκεῖ μᾶλλον, εἰ τοῖς περισσοῖς: nam &  
ægilops magis in hordeo videtur. Ᾱgilops balbi genus  
Plin. libr. 19. cap. 5. reliqua bulborum genera differunt  
colore &c. Genera Græci hæc fecere, bulbinem, setamon,  
pybyon, accrocorion, ægilopa, sisyrichium. Denique quer-  
cus species de qua hoc capite sermo, oculi etiam mor-  
bus est. Hesych. αἰγιλώψιον πία τοις μητρὶς στάχυις & τοις αὐτοῖς  
σφραγίδαις πάσος. Apud Suidam αἰγιλώψιον per ο μητρὶς scribi-  
tur, αἰγιλώψιον πάσος, pupillæ affectus. Scribe αἰγιλώψιον  
per α μητρα. Omnes αἰγιλώψιον oculi cum affectum signifi-  
cat, per α μητρα scriferunt. Major in verbis Suidæ error,  
αἰγιλώψιον non est. κόρης πάσος, κόρη Græcis, quod Latinis pu-  
pilla. Ruffus definit τὸν κόρην τὸν μητρὸν ἐν ὀφθαλμοῦ βλασ-  
τού, quod in medio oculi conspicitur, id est, pupillum. αἰ-  
γιλώψιον vero teste Paulo lib. 3. cap. 22. & lib. 6. cap. 22.  
ὄγκος τὸν δασηματωδὸν, μεταξὺ τοῦ μητράλου καρδοῦ & τοῦ πυρός α-  
gilops tumor est abscessui similis, inter magnum oculi angu-  
lum & nasum. Lib. 3. non δασηματωδὸν abscessui similis,  
sed δασηματωδὸν dicit. ergo non κόρης πάσος, pupillæ morbus.  
Αἰγιλώψιον cerrum interpretatur Theodorus. Latinorum  
cerrus diversa ab ægilope. Plin. loc. cit. eodem capite  
de cerro & ægilope, tanquam de diversis egit. Theophrastus ægilopis materialē rectissimam, levissimam, lon-  
gissimam, & per longitudinem robustissimam, ait, ædificiis utilem; Capite enim sequenti haliphloam, post lati-  
foliam ad ædificia deterrimam inquit. Utilis ad ædificia  
ægilops, quod materialē habet excelsam, robustam, &  
rectam. cerrum architecti inutilē ad ædificia scribunt.  
Habet enim cerrus, ut tradit Vitruvius, pariter mistio-  
nem humoris & ignis, & terreni aëris plurimum. pervia  
raritate, humores penitus recipiendo, celeriter marces-  
cit. ægilops glans amarissima; cerro, Plinio si fidem ad-  
hibeamus lib. 16. cap. 6. post quernam dulcissima. Quer-  
na, inquit, & ipsa glandium æquè dulcissima. proximam  
hunc ceream, tradit Nigidius, nec ex alia fordiorem  
carnem, sed duram. Idem tamen Plinius eodem capite  
glans optima in quercu atque grandissima, mox esculo: nam  
roboris parva, cerro tristis, horrida, echinata calice, ceu  
castanea. Hoc de oxya capite sequenti tradere videtur  
Theophrastus. Confundit ergo Plinius oxyam cum cer-  
ro; vel alia cerrus Nigidii, alia Plinii. Malunt alii αἰγιλώψιον  
esse Latinorum esculum. tum ex re, tum ex nomine,  
inquiunt, constat, esculum esse, quæ Græcis αἰγιλώψιον. Male  
natio grammaticorum ab elca derivat; quasi esculus scri-  
barunt αἰγιλώψιον inferto figma, ut mos erat Latinorum, &  
veterum Siculorum in plerisque vocibus. αἰγιλώψιον, inde  
Latinum æsculos & æscilus, postea æsculus. Sic casmœnas,  
poesnas, dusmos dicebant. Ψ Græcorum iidem Latin  
plerumq; in s mutabant, ut κύλωψιον cocles. Plinio tamen  
dicitur in veteribus libris æzops non ægilops. Utcunq; sit,  
ea est quam Latini dixerunt esculu. Immo non est. Nam  
eodem capite de esculo & ægilope agit Plinius, ac diver-  
sas arbores ostendit. Theophrastus ægilopis glandem  
amarissimam & vilissimam scribit. Plinius secundum lo-  
cum, & à quercu primum dat esculo. glans optima in  
quercu atque grandissima, mox esculo: nam roboris parva.

Α μητρὸς τὸν ἡρόδοτον. Verte peculiare phago &  
haliphloeo. Quod ambæ in genere dicto virili, ima sum-  
maque parte glandis lapidescant, Plimi loco citato pro-  
batur, & ea, cuius in balano utrumque ex longitudine  
extrema lapidescit duritia. melior cui in cortice, quam  
cui in corpore; utrumque non nisi in mari. Græcus aut or  
id peculiare glandi maris phagi, & haliphloei scribit;  
commendare Latinus ait, quod falsum est. ον αγωνος scri-  
bit Theophrastus. Plinius utrumque ex longitudine.

H μητρὸς Notas querqus domesticæ tradit. Hunc  
locum Plinius his verbis exscriptis loco citato. In ipsis  
vero arboribus, quæ maximam fert, Hemeris vocatur, bre-  
vior & in orbē comosa, alasque ramorum crebra cavata. For-  
tius lignum querqus habet, & incorruptius: ramosa & ipsa,  
procerior tamē, & crassocandice. Inter quercum & μη-  
τρα differentiam facit, cum querkus δέρνης μητρός. Sequitur  
eorum opinionem, qui robur genus faciunt, quercum  
roboris speciem. Certe robur & querqus diversæ arbo-  
res

res. Columella libr. 9. cap. 1. Ratio postulat vacerris includi: sic enim appellatur genus clatorum, idque fabricatur ex robore, quercu, vel subere. Architecti inter robur & quercum hanc statuunt differentiam: quod roboris lignum, firmius, robustius, validius sit. *glans* ait Plinius, *quercus optima atque grandissima, roboris parva*. Idem, probatissimos fungos *quercus* producit, robur, cypressus, pinus noxios. Græcis, ut supra dixi, robur *άγρια* ὄπες. corticem *άχρις* ὄπες novellæ. Theophrastus Lib. 1. cap. 8. lœvem, grabrum, ad coria denienda utilem tradidit. antiquæ asprum, durum, rimosum, crassum. Hemeris, id est urba-na *quercus*, ait Plinius. brevior est, & in orbem comosa. Theophrastus *τον οὐρανὸν οὐδὲ μέρη* in Ald. & Bas. codice legitur *τὸν οὐρανὸν οὐδὲ λεῖα, οὐδὲ μέρη*. Hanc lectionem Gaza sequitur. Domestica *quercus* robore, sive a-gresti quercu, sœpe humilior est, caudice tamen crassissimo; eo autem nec recto, nec lœvi, sed detorto, multis ramis alisque comoso. materies huic robusta, verum infirmior quam fago, tractatu ad omnia opera, quam roboris facilior, *glans* omnium maxima & dulcis. Sylvestris non raro in maximam altitudinem assurgit: frequenter ingentium ramorum armamentis latissimè patet: caudices ejus subinde admodum crassi; ambitu duas aut tres orgyas patent, ramos amplissimos fundit, in plurimas alas divisos. glandes oblongæ quidem, sed breviores quam Hemeridis: singulæ suis inhærent calycibus, foris asperiusculis, & membranaceo cortice teguntur. Inter-rior nucleus ex duabus partibus componitur, veluti fælorum, erviliorumque fructus & amygdala. duplice cor-tice *glans* ipsa tegitur quorum exterior, durior ac densior est, alter puniceus & acerbus deprehenditur. Hic membranæ tenuissimæ instar nucleus glandis acerbum circumvolvit. Cortex novellarum, ac velut fruticantium, lœvis, glaber, ad coria densanda utilis: veterum vero asper, crassus, durus, & rimosus: interior ligni ma-teries sufflava, dura, ac solida, & quo vetustior, hoc quo-que durior, exterior, cortici proxima, candida, facile cariæ sentit, præfertim si tempore non idoneo cæsa fue-rit arbor. *πολυμορφαλον. πολυμορφαλον* Ald. Bas. *κοιλομορφαλον* Plin. Certe *quercus* alis ramorum crebro cavatis constat. Pulchræ alæ mihi non videntur. quare vulgatam non probo lectionem, Aldinam non rejicio, quod multas habeat alas *quercus*. Non tamen probo, quia se-quitur *αγενὴ πολυμορφαλον γίνεσθαι*. Qualia folia ferat *quercus*, ex multis Diosc. locis facile colligi potest. lib. 3. cap. 112. Chamaedrym folia habere tradit, exigua effigie & divisura *quercus*. *φύλλα τοιχείων μερὶς τῷ κήρυκι τῷ στόλῳ δρῦν οὐσια*. lib. 4. cap. primo, Folia betonicæ inquit esse, longa, mollia, *quercus* similia, in ambitu incisuris divisa. *φύλλα μερὶς μελανὰ οὐσια δρῦν τοιχείων ιχθυόμενα*, cap. 33. 1. 4.

## Quercus.



Syderitidem esse foliis marubii, sed oblongioribus ad salviae aut quercus foliorum similitudinem. *φύλλα ιχθυον*

*ώνυμα πενταφ. ιπποκράτεος οἰκείων τοῦ θεατοῦ οὐ φάγεται δρῦς* Sc. Folia *quercus* ergo sunt lœvia, duriscula, lata, oblonga, ambitu sinuosa, superna parte virentiora. Notandum folia *quercina*, quæ primum lutei sunt coloris, (licet nonnulla rubicunda appareant, maxime ea quæ è novellis querebus erumpunt) subinde viridiora, ac solidiora evadere. *δρῦς* Græcis à *δρῦω* erumpo, *pullulo* dicitur.

*Τοῦτο γένος ιχθυοφύλλων*. Hæc verba indicant Plinium libro 16. cap. 6. non facere *quercum* a robore diver-sum, ut supra dixi, sed corruptum esse codicem. Theophrastus cum materiam *quercus* domesticæ dixit esse robustam, sed inferiorem, quamphago, subjicit. Hæc enim (*phagus*) robustissima, puerdinique nulli obnoxia est. Sed nec ipsa erecta, quamquam minus sinuosa quam *quercus* &c. Hunc locum vertit Plinius. In ipsis vero arborebus, quæ maximam fert, Hemeris vocatur, brevior, & in orbem comosa, alasque ramorum crebro cavata, fortius lignum *quercus* habet & incorruptius; *ramosa* & ipsa, procerior tamen & crassior caudice. Scribe meo pericolo. Fortius lignum *fagus* habet, & incorruptius, *ramosa* & ipsa, brevior tamen & crassior caudice. Compara cum Theophrasto, & sic legendum facile animadvertes. Si mutare non placet, dic Plinium *quercui* adscribere, quod phago Theophrastus. Fortassis *fagus* fuit cuius mentio fit in hortis Germaniæ doctiss. Gesneri. *Quantum proficit cura arboribus* (inquit Cardanus de varietate rerum lib. 6. cap. 23.) præcipue ostendit *quercus* Basileæ, in divi Petri nemore, (area publica tiliis confita) truncum terni viri di-ductis manibus vix ambiant. altitudo (trunci) minor quam hominis. exerit in vertice sex aut septem stolones (immo ramos magnos & latos, quos tabulata dixerim) sensim ascendentes, ut imaginem pateræ referant. inde crebrioribus ramis, tum & ramusculis ita densatur, ut olim referant *Cesarem Maximilianum canasse* in ea, discubuisseque. Siguidem ambitu pedes centum continere, haud dubium est, cum numerando illum circumvenierim.

## Cerrus.



H' οἰκείων τοιχείων, Plin. loc. cit. *excelsissima autem ægilops, incultis amica*. Supra dixi ægilopem non esse cerrum. Eleganter cerrum describit doctiss. Car. Clufius. Ceterum *quercus* genus non modo in Vieni saltu, eadem altitudine qua vulgaris *quercus*, atque etiam celsiore assurgens, caudice erectiore, cortice crassiore & magis scabro, folia frequentioribus incisuris, sed manus altis divisa habet quam *quercus*, & longioribus

Et longioribus tenuioribusque pediculis inherentia: ramulos breviores, frequentioribus nodis obsitos, gemmas minores, Et aliquot gracilibus foliolis seu staminibus aut villis sebras: flores racematum compactos ut quercus, è quibus, uti nec in quercu nascuntur caliculi, sed in brevi crassoque pediculo annotoinis ramulis adhaerent, non in foliorum alis, omnino hispidae, Et molliter echinatae, in quibus glans est, querna paule brevior, Et obtusiore mucrone praedita, qua autumno maturitatem adipiscitur: adhaerent interdum inter folia, multis squamis constantia capita. Rustici Et materia caesores optimè eam à quercu vulgaris distinguere norunt; illius materiam candidiorem, laxioremque, Et ad opera minus aptam censerent. Hujus cerri crassiorum atque etiam tenuiorum ramorum libralia interdum aut majora fragmenta in lapides commutata, ipsaque adeo matrice in nigrum silicem conversa (superficie tamen candida Et friabili manente) atque naturales ipsius ligni venas, orbes, reliquamque formam etiamnum obiumentia, non modo eruta conspexi, sed ipse etiam legi anno 1580 in montis Eysenberg vulgo nuncupati, Et Pinhae, fluvio Pannonicæ, imminentis acclivi, qua ad vallem pinhal ab ejusdem fluvii eam perluitus nomine nuncupatam, descensus est, atque ad austriam Et australem spectat. Duo cerri genera recentiores describunt, quorum prius cerrus calice, echinato glande majore, secundum cerrus calice hispido glande minore vocatur, prioris glandibus, ad panos atro colore inficiendos, gallarum vice utuntur. Et grandi & duro calyce glandem non exerit, sed clausam gerit dum adhuc immatura est.

*Φύτης οὗτος καὶ τοῖς ἄλλοις λέγεται Κέρρος. Φύτης δὲ τοῦ οὐρανοῦ οὐρανός. Plin. loc. cit. agilops in cultis amica.*

H' οὐρανόφυλλον. Plin. loc. cit. ab hac proxima latifolia proceritas, sed minus utilis edificis: atque carbone dora ta, vitiis obnoxia est Et c. Haec an corrupta, ut viris doctis placet, cap. sequenti, ubi de aspri nobis sermo, videbimus. Quercus latifolia amplissimæ circa Viennam meminit Clusius; cuius omnes glandes è longis pediculis dependentes, quasi viridi quadam excrescentia, multis inæqualibus angulis praedita, inclusæ erant, quæ resiccatæ, gallarum modo, firma & dura erat.

H' γάλαφαλον παχὺ μὲν οἷος τὸ σίλεχον. Scribe ή γάλαφαλον παχύτερον μὲν οἷος τὸ φλοίος, μὲν τὸ σίλεχον. Crassifortex crassissimo quidem cortice & caudice, αλιφαλον dicitur & Αλιφαλον, ut supra dixi, à corticis crassitie. Plinius loc. cit. Peſima Et carboni Et materia haliphlaeos dicta, cui crassissimus cortex atque caudex, Et plerumque cavus fungosus que, nec alia putreficit ex hoc genere, etiam cum vivit; quin Et fulmine sapissime icitur, quamvis altitudine non excellat; ideo ligno ejus, nec ad sacrificia uti, fas habetur. Haliphlaeum describit Lugdunensis his fere verbis. Nascitur in Hetruria sylvis, præsertim maritimis, inter cerros & phillodryas, materia & edificis & carboni pessima, quoniam cum fago, fungosoque sit caudice, brevi putreficit. in causa est arboris horridæ, subjectisque foliis, eamque ob causam imbrex excipientis, natura; qui guttatum in laxum fungosumque caudicem stillans, illum viat & putreficit. Sunt qui & corde hanc solam carere volunt; quin & fulmine sapissime icitur, quamvis altitudine non excellat, ideo ligno ejus nec ad sacrificia, ut apud Æolium, quondam fas habebatur, sed ad axes similiaq; tantum utile erat, caudice assurgit procero, & recto; cortice subcærulo, ramoso quidem, sed ramis latius non porrectis nec extensis, ut quercus, immo brevibus, nec ita in multis surculos divisis, ut tota arbor aspectu, tonsæ ac puratae similis appareat. Folia habet cerro similia, longiora, angustiora, & multo nigriora, per latera, incisuris minus latis, sinuosa, intervallo quod jacet inter margines laciniarum minus patente, inferne supernaque subaspera, tactu duriora, hyeme decidua. Glandes profert alias glandiferis minores, excepta ilice, non longas ac teretes, sed orbiculatas, & aliquantum compressas, cerri maris modo, ex calicibus suis parum exertas, qui spinis longis, flavis, gracilibus, densis hispidi sunt, castanearum instar, non tamen ita rigidis erectisque, sed nec crassioribus spinarum mucronibus armati, ut in cerro. caliculi hi quibus continentur glandes, bini plerumque, ad singulorum exortus, brevissimo pediculo ramis ac surculis adhaerent. radicibus nititur validis, non recta deorsum actis, sed undique per transversum terram in obliquum comprehendentibus. cortex, ligno propior, cum in ramis, tum in caudice, & radice vehementer adstringit, folia remissus. glandium calices facultate cortici respondent. glandes vehementius adstringunt, & amarae sunt. quare etiam à porcis negliguntur, nisi aliud desit pabulum. materia arbori robusta & dura, nascitur in montibus, loco frequentius pingui, quam macilento &

arenoso, subtilis tamen faxo, locis liberis & vento perflatis; copiosissima in Apennino, in planis rara.

*Κνέλδας, κνήλε à κνήλη fuligine nomen accepit, quod gal larum, pannis nigro colore tingendis, magnus sit usus. quandoque etiam κνήλη pro fuligine ponitur. Sophocles in Antigone πολλῶν κνήλης μετέλειστο. Interp. κνήλης οὐδὲ οὐδέποτε εἰπεῖται, κνήλης οὐδὲ λαγῆς τοῦ κνήλου η δάση τοῦ κνημόδιου γαλλα ut dixi tingunt. Corrigere Theophrastus inter punctum, η οὐδὲ τῆς αγγίδων η — ταῦτα λειτόταχα αγγίδων οὐδείς. Φίρεται οὐδὲ τὸ τείχος τῶν μεταναστῶν τοῦ οὐρανοῦ βασιλεύειν. quandoque κνήλη pro qualibet ponitur tintura. Hesych. κνήλης αἴρεται σύμμαχος καὶ χρηστός τῆς δρύος. κνήλης οὐδὲ τοῦ ακανθών στέκνας Ε σεπτηνίς. Id est, ceras vapor, spissamentum adstringens vel tintura (strymma idem quod βάμμα glotta infectum ιντιμόρον, infectus βασιλεύειν. οὐτε μηρόν.) Et fructus querens. Coi vero steriles privatasque semine spicas sic vocant. Suidas κνήλης οὐδέντως η κνήλης: βαμματικόν σύμμαχον τοῦ δρύος ιντιμόρον οὐδείς βασιλεύειν. cecis tintura quadam ac infectus. fructus querencinus ad tingendum idoneus. κνήλη, id est gallam, fructum querucus ajunt. eadem Diocles sententia libr. I. cap. 146. κνήλης κνημών οὐδείς δρύος. Galla fructus est querulus. Alia Theophrastus sententia. Cap. enim 8. hujus Libri, scribit τοῦτο οὐδὲ ταῦτα η δρύος φίρεται οὐδὲ τὸ τείχος τοῦ κνήλου, οἷον τόπος κνήλου. Eadem Plinii sententia. fructus definitionem stricte si sumamus, non potest esse fructus. è fructu sive semine in eo contento, id est glande nova planta, pullulabit: galla gerimen emitte nunquam. Duo genera gallarum ait Theophrastus cap. 6. hujus libri, candida & nigra. Cap. 8. mentionem facit gallæ parvula & refinata nigraeque. nigram ad lanas tingendam utiliem scribit. Dioscorides quoque duo genera esse tradit. alia enim omphacitis parva, levis alia, η οὐδὲ τὸ οὐφακίτης κνημέτης, μικρῷ καὶ ηρεμούλῳ, τελεστής οὐδὲ τὸ λεῖα, ηρεμούλῳ καὶ πατερόδρομος οὐδὲ τὸ τὸ οὐφακίτης, εὐρετήρεις οὐδεῖται. quedam omphacitis appellatur, parva quidem, sed tuberosa, gravis, Et nullo foramine pervia; altera vero leuis, aequalis Et perforata; eligi debet omphacitis, quippe qua sit efficacior. Plinius lib. 24. cap. 4. nec pauciora gallæ genera fecimus: solidam, perforatam: item albam nigram, majorem, minorem. Dioscorides minorem dicit non perforatam. Ergo minor & non perforata galla unum genus; etiam major, quam dicit aequalis Græcus auctor, unum genus dici debet. Malè ergo Plinius, quatuor genera fecit, cum sint tantum duo; galla quoque nigra, non alia, quam galla perforata & magna. Gal. lib. 7. simpl. η οὐδέ τις κνήλης η ξενθή ηρεμούλη καὶ μετάληντη μὲν οὐδὲ τὸ λεῖα. & οὐρανόδια τεττάλη οὐρανόδια οἱ παρ' ηντινούσι altera galla flava, illa Et magna, fungosa Et ipsa deficat quidem — hanc rustici cenocutida vocant. Obiectet quis: ergo nigra galla Plinii, non est galla major, perforata. Alius color flavus, aliis niger. Mendum in verbis Galeni nullum. Idem lib. 9. cap. 7. ηρεμούλη τὸ πόνος κνήλης τὸ ξενθή η θύμος η λείας ηρεμούλης. gallam flavam ritam ac coltam imponito. eadem tamen galla. Theophrastus & Plinius nigram dixerunt gallam, quod ad nigredinem vergat. μέλας enim ut lib. 6. fusius, exponit botanicis ad nigredinem vergens, nec exactè flava galla, sed ex flavedina subnigra. Hac de causa ηρεμούλης dicitur, id est, nigricans. Interpretates vertunt vīnī gallam. Vox composita est ex οὐρανός & κνήλης. Suidas οὐρανός, οὐρανός μέλας. Hesych. οὐρανός μέλας, id est, οὐρανός idem quod niger. οὐρανός βόσις niger bos. Viri doctiss. οὐρανόδια legendum contendunt; afiniam gallam vertunt. Cur sic dicta foret, causam video nullam. nec afini colorem habet, nec ea delectatur afinus. Sed haec non video probatum gallam nigram Theophrasti, & flavam Galeni eandem. Nam Theophrastus lib. 3. cap. 7. πατερόδρομη, vel, ut legit Plinius, πατερόδρομη ait, talia non solent esse lœvia, fungosa. Vocem πατερόδρομη non posse de colore intelligi, supra dixi. Nunquam vidi gallam picis instar nigram, nec puto dari. Dicendum, exteriorum corticem non nihil refinsum esse, attamen quod intus est, leve esse & fungosum, & hac de causa lœvem dici; altera enim gravior. quod substantia constet magis compacta ac solida. Quæret quis, cur η λεῖα, planum vertant. Gallæ vel orbiculata, vel angulosa, vel oblonga; planam nunquam vidi. Planum dicunt, quod nihil eminens habeat. Prima enim πατερόδρομη. Rectius aequalē; nullis tuberculis predictam, lœvem vertissent. Suidas λεῖα. τὸ οὐρανός. τὸ πάτερόδρομη. Vidimus de altera galla. Primam Dioscorides, οὐφακίτης vocari ait. Idem scribit Galenus. Ne quis nominum vicinitate decipiatur, dicendum οὐφακίτης, cuius apud Æginetam fit mentio, diversum quid esse ab omphacide galla, nempe κνήλης βελαδης. Medicorum filii cupuan vel cupulam glandium vocant. Plinius*

nus glandium calicem ait. Aegineta lib. 3. cap. de dysenteria. ὁμφακίδος κεραυνός, οὐ δέ τοι καὶ λογικός εἶ εἰπεῖ φυτόν  
ἡ τοῦ δρῦος βάλανος, αὐτοῖς οἱ βυζαντίου γλανδίς caliculi combusti; Caliculum voco concavum illud, unde querna glans  
enascitur, quo coriarii utuntur. Malè vir doctiss. uvam acerbam interpretatur. uva enim acerba non nascitur in cupula. Alii corruptum locum Pauli scribunt, leguntq;  
ὁμφακίδος. Non video rationem cur sic legi debeat; immo vulgatam servandam hac de causa puto; quod obscuram & haud cognitam vocem exstimirat Aegineta. Vulgata satis ὁμφακή. Etenim si non judicasset ob sui raritatem obscuram permultis, non fuisset opus, per circumlocutionē declarare. ὁμφακή fortassis dicitur, quod immatura sit, vel quod raro ad maturitatem, sive justam magnitudinem perveniat. Hoc Plinius innuere videtur. Idem docet Theophrastus cap. 7. parva hæc galla ait Dioscorides. Parva manet quod ab æstu occupata inarescat, augerique amplius nequeat, alias enim amplitudine ampliore grandeficeret. Qua de causa nonnullæ fabæ magnitudinem non excedunt, cum aliæ malum superent. *χριστίανος*; interpres nonnulli vocem hanc ad magnitudinem referunt. Rectius illi qui figuram exprimi à Dioscoride docent. Prius enim magnitudinem per vocem μυκήν expressit. Aliis satius visum est, omphacitum rugosæ parti articulorum in digitis, cum extenduntur, similem reddere: quod non solum id innuar græcum vocabulum; sed multo magis etiam omphacitides ipsæ apartissimè demonstrant. Intellige tubera, nodos, tubercula quæ in gallis reperiuntur, ad formam quæ in digitorum juncturis & curvaturis conspicuntur. *τελεός* alii gravē, alii solidam vertunt. utrumque vox hæc significat. Hesych. *τελεός*. Λέγεται, βαρύς, θερός, τερψός, ιχθύς. Qui gravem vertunt hac ratione utuntur; quod alteram gallam *μυκήν* levem scribat. leve gravi opponi solet. qui solidam interpretantur hac ratione utuntur, quod non perforata solent esse solida, respectu perforatorum. Malè vir magnus omphacitidem gallam nihil aliud Dioscoridi Galeno, & Paulo esse putat quam calycē illū, quo glandes in arboribus continentur, quæ recentiores cupulam vocant. Hanc opinionem vanam esse, illud manifesto potest esse argumento; quod Aegineta lib. 7. de gallis, non autē de glandibus differat, duoque gallarum genera constitut, quarum alteram omphacitidem appellat, alteram vero magnam flavo colore. quod etiam antea Dioscorides & Galenus feceré, qui omphacitidem gallam, glandium calicem esse nusquam, quod sciam, tradidere: quod non

## Quercus.



Excrementum fungum referens.

ignoraverint & genere & specie à gallis differre glandes. Adde quod Galenus, Dioscorides & Paulus nus-

Αἱρεσθαι. Lego conjunctim αἱρεσθαι. Et hinc οὐράνιον est insignis, non verò notus. Infra autem τὸν πίντη—μικραν, reponε τὸν πίντη πικρον. Et infra ubi αἱρεσθαι, lego αἱρεσθαι. alioqui planè falsa sententia. Confirmat Plinius lib. 16. cap. 10 in eo loco: & perfusa resina. Lignum verò abjeti similius.

Πλάτων μὴ γιρ. Plinius lib. 16. cap. 10 Larix ustis radicibus non repullat, picea repullat, ut in Lesbo accidit, incenso nomen Pyrrheo. Vide Comment. Homeri, Iliad. a, in illud, βοτοντικής ιφιον. Dixit verò Philosophus κανθανον (nihil enim ustis radicibus repullulare potest: malèque Plinius) sed non ιππικανθανον. Vbi τοιοῦτον summitem significat, ut in tordum in παντοποιητη, & ιππιλαστένω.

Πτερυξαν. Etiam abjeti folium pinnatum tribuit Plinius lib. 16. cap. 10. Κυνίας, legend. κυνίας, non κυνός. Vide in Crispini Lexico, in voce οὐράνιον. Et hic nota, φύλλον vocari, non singula folia abjeti, veluti capillamenta: sed eorum in singula ramula surculisote totam seriem pectinatim dispositam. Itaque hic φύλλον collectivæ dicitur. Infra secundum loco pro οὐράνιον lege οὐράνιον.

Η τοιοῦτον, leg. τὸ τοιοῦτον ιλατόν.

Εὐχετερον. Supra aixit esse οὐράνιον οὐράνιον. Plinius mellei coloris exposuit, quasi legisset οὐράνιον. οὐράνιον autem est coloris elegantia, vel Ciceronis coloris honestas. Et οὐράνιον cuius contrari. αἱρεσθαι, homo dicitur, cui bonus color: vel qui coloratior, ut loquuntur Plinius. cui roseus color: à quo jam declinat in virium οὐράνιον, id est, rubicundior. In Aegide igitur rubore esse ostendit, sed cum elegantia atque venustate. Itaque supra τὸν πίντη τοιοῦτον οὐράνιον esse cum dixisset, intulit πεπικρανόμενον εἰ τοιοῦτον οὐράνιον εἶναι ιππικανθανον. Et τοιοῦτον ιππικανθανον. Infra dicit κανθανον & ιππικανθανον. Carpinum: ubi simpliciter pro venusti coloris. Supra λευκόν, λευκόν. λευκόν hic etiam, ut λευκόν cap. preced. alburnum verti: illuc rationem exposuit. λευκόν vero (quod adhuc Sequani fabri lignarii luchon vocat, ex eaque materia pixides conficiunt) ita corruptè in codice Plinius lib. 16. cap. 39. In abjecte leuson Graci vocavere. Vbi etiam ille ægidi attribuit, que τοιοῦτον Theophr.

Οὐράνιον. que & οὐράνιον, & οὐράνιον Hesychio, id est, fagus (suffragem adnotavimus, φησιν Theophrasto esculum esse) quam nos vulgo Fau, & Foreau, atque etiam Haistre: glandem verò Faine. Fagea glans, que omnium dulcisima, nucleus similes, triangula cute includitur, contineturque εἰς οὐράνιον. involucroque, ut castanea, ceterum, non birsuto, atque aculeato. Has glandes (quia fagus etiam φησις ab alijs dicitur) arboris sua nomine φησις quoque non femei appellavit Atheneus τοιοῦτον Διπλοσφρίδιον lib. 3.

Καὶ τὸ ιλατόν. legend. ιλατόν ιλατόν. Si scriptum morosus quispiam mutare nolit, ipsæ dissimilitudinis notæ ab auctore proposita hoc extorquebunt, velit nolit, in modo & loquendi ratio.

Δυστια. mendosè pro ιλατόν. Εὐραντίστερον. Hic τοιοῦτον compositione vim habet τοιοῦτον, negatique, & absentiam rei indicat, ut in οὐράνιον, quod & Plautus imitatur, dicens, exungulare.

gulare. Ea vñ prepositionis ex etiam in verba exarmare, excalciare, multisque aliis. Supra παχύφυλον, malo separato παχύν φύλον hoc loco. Et cō angīdī legend. conjunctim σύσημον. Et infra ἀγρυπόδης corrupte pro ἀγρυπόδη. Et ubi cōsīmū malim cāsimū, ut referatur ad castaneum. si cīmū retines, intellige ηγεώδη, non autem ηγείον.

Δεῖσθι hic idem valeat quod πεῖται, ē cōn angīdī dñs. Itaque θάλα cōn cīmū ηγεώδη λέπē dixit cōn θρησκήλη, Et interpretandi gratia. Quod hīs futū spinisque horridum πεῖται, cui λέπē opponitur, estque secunda significatio.

Καὶ τὸν γλυκύνην, τὸν μῆλον. Quid ē ita succosa, castanea, aut fagea glandes? Quis succum saltē exprimit? Sed subest figurata locutio. nam in Δισ. oīo extulit: Et hic ut sepiissime χυλὸς pro sapore. In exponendo sensum sequuntur sum.

H' μιλος. Ne pigeat legere quae observavimus in Crispini Lexico in voce Σμιλαῖς.

Καὶ οὐποιοι τὴν κιδρόν. Plinius deceptus vocum μιλος ē μελα affinitate, fraxino tribuit, quae Theophrastus taxo. Quia dixit Philosopher, τὸν μιλα folium abieti simile, Et capite præcedenti, abietem τεχνόφυλλον εἶναι, τὸν πλευρας ἔχον: ideo Plinius erranter protulit, fraxinum ē ipsam pennatam (five potius pinnatam, ut de abiete,) esse folio. Deinde sic scribit, lib. 16. cap. 13: Materies est ad plurima utilis. Ea quidem quae fit in Ida Troadis in tantum cedro simili, ut ementes talat, cortice ablato.

Φασιν. Cautē hoc adjecit. Est enim fermē incredibile. Discernit odor in taxo virosus, in cedro autem laudatissimus. Accenso cedri ligno ædes suffiunt, Et Germani sua hypo-causta; pauperiores utuntur juniperō.

Καρδίαν. Vide hic lingua Latinæ inopiam. Græci, καὶ ιαρδίαν, ē μιλὸν, τὸν ιγνίφαλον, τὸν ιγκρίδιον, τὸν οὐπελάνων, τὸν μηραν dicunt: Latini solum medullam, (nisi ē mediale probas non semel apud Solinum) partēmque ligni internam intelligunt, cāmque ut in sambuco fungosam. At in robore, cedro, taxo, η καρδία durissima, nec in meditullio, sed diffunditur. In querco nos vulgo Græcos imitati, dicimus cœur de chefne, quasi cor, in quo significatu, (ut nec matricem) me legere non memini. Καὶ καρδία habet supra lib. 1. cap. 4.

Στρεψίδης, μικρὸν μιλὸν καὶ μικρόν. Baccæ taxi rubentes ē rotundæ sunt, pisi non autem fabæ magnitudine. Dixit verò προφήτης hīc ἀντὶ τοῦ φωτιζοῦ. Et hoc loco confirmatur opinio, καὶ μηραν non esse fabam vulgarem, sed potius pismum. Quare fabam simpliciter vertere hic, Et ubi de loti fructu, no-

lui, sed fabam Græcam, licet ē ita loti speciem vocet Plinius. Διφαγη. Nicandri interpres bis ciuans hunc locum dicit ηγεώδης.

Ασιν. Diversum experimur in nostro taxo, reclamant que Diſcorides ē Plinius.

Οὐποιοι. Ostrys Hetruscorum, est Syringa arbor appellata. Visitur in horto Ducis Florentiae, cum iis notis, quas aſsignat Theophrastus: nec deest illa fructus insignis nota, qui hordei grano ſimilis. Flos (quod ipſe tacuit) candidus, Et ſuavitatem olens. Ascribam que ex hoc loco ita convertit Plinius lib. 13. cap. 21. de infelicibus Græcie lignis, Gignit enim arborem oſtryn, quam & oſtryam vocant, ſolitariam, circa faxa aquosa, ſimilem fraxino, cortice, & ramis, folio pyri, paulo tamen longioribus crassioribusque, ac rugofis incifuris, quæ per tota diſcurrunt: femine hordeo ſimili, & colore: materies eft dura atque firma: qua in domum illata difficultes partus fieri produnt, morteſque miferas. Dicitur ē οὐποιοι lib. 1. cap. 13. Campeſtris etiam eſſe lib. 3. cap. 4.

Οὐοφνια. malim οὐοφνις.

Πολύνια οὐδὲ τῆς μηραν τὸν δογματικὸν τὸν θεῖον οὐδὲ μηραν. Vera lectio, πολύνια ἡ, καὶ δὲ τῆς μηραν (intellige hīc, quan alibi uno verbo ιαρδία vocat) τὸν δογματικὸν τὸν θεῖον καὶ μηραν, Et. Infra ipm̄dā, ſcrib. ιηραν πολύνια.

E' δι εἰ διδίσεις τῆς θηλαῖας. Hic mutilatus locus ita reſtituendus eft, ἵν δι διδίσεις τὸν θηλαῖας τὸ ξύλον τῆς αρ-ρηπη. Plinius lib. 16. cap. 14. In tilia mas & foemina differunt omni modo, namque & materies maris dura, ruffiorque & nodosa, & odoratior. Cortex quoque crassior, ac detracitus inflexibilis. Nec lemen fert, aut florem, ut foemina, quæ crassior arbore, materia candida præcellensque eft, &c.

Τε ξύλον. legendum τε φύλον.

Διακονόδη, id eft, ſcabendo deraſus, excalptus vel vel excalptus: quæ vera lectio. non διακονόδη, ut congiat quipiam.

Σπιρατην potius notat hic vilitatem & contemptum, quam diminutionem: quasi ſit ſemunculum, ut homunculus. Nec enim ſeminis fructus tilia tanta exiguitas, ut nec atriplicis.

Μακεγίτης, legendum μιλακωτής. Et hīc nota fuſioris orationis tractum, ni fallor, οὐδενομεγή: Latinē rotundius.

## IOANNIS BODEI A STAPEL

## NOTÆ ET COMMENTARIUS.

**T**E' ηγεώδη. fruſtra vir magnus n̄t̄ legendum contendit, quia quinque numerantur. Supra, cap. præcedent. dixit, ab aliis in quinque, ab aliis in quatuor genera quercus dividi ſolitas, fed nominibus alia alibi eſſe. γενετὴ δὲ οὐδὲ τετραγενετὴ οὐδὲ πέντε. Idæi in quinque, Macedones verò in quatuor dividebant. ιπλαδία, ιπλαδία, φησίν, ιπλαδία. Idæi vero ημετερον, αιγαλον παν, ιπλαδία, φησίν, οὐδὲ ιπλαδία, quam ιφλοιον etiam vocabant. vide quæ ſupra dicta ſunt.

Πλατιφύλλον, η πέντε πηγές. Capite præcedente latifoliæ fructum, à fagi & quercus domeſtīca dulcissimum dixit, amarum hoc capite ait; quæ contraria ſunt. An dicemus, aliam quercum latifoliā Idæam, aliam Macedonicam? An Theop. ſibi contradicere, an corruptum codicem? Respondendum videtur, circa Idam latifoliā glandem ferre dulcem, circa Macedoniam amaram, & tamen eadem arborem, quoad formam. ſic pro loci ratione, amygdalam fructum dulcem, vel amarum producere obſervamus. Ita hunc locum exponere viſum fuit ex cap. præcedenti, cōn cō aītοις ἐγλυκή τῶν Αἰγαλῶν, ἀλλ' ἐντονοὶ πηγές, οὐδὲ ηγεώδη. Hoc ſi in phago, cui glans præ cæteris dulcis, contingat, quanto magis in latifoliā, cui non æquæ dulcis fructus, accidere probabile fit.

Αιγαλον ιπλαδία &c. Plin. lib. 16. cap. 6. Hæc de haliphœo tradit. Eadem, inquit, raro glans, Et cum fulit, amara, quam, præter ſues, nullum attingat animal: ac ne eā quidem, ſi aliud pabulum habeant. Vide quæ ſupra dixi & mox dicam.

Μοχηροὶ οἱ. καὶ τὸ ξύλον &c. Corruptus codex. ſi aspris & ægilops una eadem arbor. Quomodo enim aspri di tam improba materia, & ad cremandum, & ad carbonem faciendū tam inutilis eſſe potest? quam rectiſſimam, excelfiſſimam, levifimam, & materiæ per longitudinem robustiſſimam eſſe cap. præcedenti docuit. Non ſit veriſimile, asprin Macedonum Idæorū eſſe haliphœum; quia ſequitur, ηδὲ τὸν ιφλοιον γενετὴν. Quorsum hanc vocem adderet? ſi haliphœos & aspris eadem arbor, er-

go, ægilops & aspris Macedon. eadem arbor: & corrup- tus codex. Quis enim ille ſenſus, μοχηροὶ οἱ η πέντε πηγές ηγεώδη? Scribe cum doctiſſ. viris μοχηροὶ οἱ πέντε πηγές ηγεώδη. Nam, ut recte Robertus Conſtantinus monet, ſupra hæc de latifolia tradidit; atque ſic expoſuit Plinius lib. 16. cap. 6. De latifolia retulit Theophrastus materiem ad ædificia, poſt haliphœum, habere pefſimam, ad cremandum quoque & carbonem faciendam pefſimam. Verba Plini vidēamus; excelfiſſima autem ægilops, inculta amica: ab hac proxima latifoliæ proceritas, ſed minus utilis ad edificijs: atque carbone dotata, vitiis obnoxia eſt. quamobrem ſolida utuntur carbo, quoniam defiſente flatu, protinus emoriens, ſepiuſ recoquitur: cæterū plurimi ſcintillis. Hunc unum de corruptiſſimis Plini locis ſcribit doctiſſimus Salmasius. Ex Theophrasto locus hic corrigeſtis. Scribe cum doctiſſ. Lugdunensi, qui nunc herbariorum cymbalum audit, & cum excellentiſſimo Salmasio; ab hac proxima latifoliæ proceritas, ſed minus utilis ad edificijs, atque carbo: dolata vitijs obnoxia eſt: quamobrem ſolida utuntur. Carbo in ærariorū officini tanquam compendio, quoniam defiſente flatu emoriens, protinus recoquitur. Malè nonnulli viri docti corrigit aspris dolata, vitijs obnoxia eſt. Iam probayimus, de aspri hæc intelligi non poſſe, nec de aspri agere Theophrastum. Idem quidem ait, aliter atque aliter Macedones, Idæosq; dividere in genera quercus: ſed non ad fert duas diuerſas ſuper quercum genere opiniones, alteram qua utebantur Idæi, alteram qua Macedones: ho-minibus tantum diuerſis uſos Idæ incolas & Macedones doceſt, cæteram eadem de phago, latifolia, hemeride &c. tradidisse.

Πίνον, hactenus de quercubus, nunc pinī aggreditur historiam. πίνον, ut ego quidem cum Mathiolo, aliisque Botanicis ſentio, pinus dicitur. πίνον picea. contra critici, Grammatici, iique, qui lexica edidere, πίνον pinum πίνον piceam, quadam fortaffe nominis vicinitate ducti, vocant. πίνον pinum eſſe multis argumentis probari po-

test. Primum arg. ex ipso Theophrasto sumitur, qui τῆς πίνακος νυκτανθέσιον vocari dicit. θρόνης νυκτανθέσιον significat pineam, ut docet Galenus lib. 2. de aliment. facult. σύχνης μὲν, καὶ παχύχυντος, καὶ τεργφυμός εἰναι ὁ τοῦ κάποιου καρπός, καὶ μέλι τοῦ πεπτωτοῦ. οὐδεὶς δὲ οἱ νῦν ἐληγονες, εἰ κάποιος, αὐλαῖς θρόνοις νύκτανθέσιον πίνακαν boni & craßi succi est, μικτόν μη; nutrit: appellant autem ipsam hodie Graeci non conum, sed strobilum. Idem lib. de cib. bon. & mal. suc. & 7. simpl. repetit. Constat autem piceae nucleos non esse edules, ergo θρόνης πίνακος pini fructus. Secundum argum. Theophrastus τὸν πίνακον aliam sativam, aliam sylvestrem ait. Idem lib. 1. cap. 15. ex urbanis semper virere ait oleam, palmarum, πίνακος οὐ γίνεται, pini genus quoddam: ex sylvestrib. abietem πίνακος pinum sylvest. sive pinastrum. Picea nulla domestica, sed una sylvestris montana. Neminem latet pinos esse domesticas, & sylvestres: maritimae, & montanas. Πίνακος aliam sylvestrem esse, aliam domesticam, ex lib. 3. cap. 4. probant: ubi inter sylvestria, quae perpetuo virent, numerat πίνακας αρχείων. Diximus voces has separandas esse, & lectionem nostram probavimus, ex lib. 1. cap. 15. Tertium argumentum, quo probatur pinum πίνακος esse: εἰς πίνακας scribit Theophrastus copiosam picē fieri, earumque proprium in tēdām abire: ex pinorum affūlis, tēdāque, picis copiam confici, rusticis in Norwegia notum. Nihil moror Plinii piceam vertisse; plures in coniferarum resiniferarumq; historia commisit errores. Quartum argumentum, quod πίνακος πίνακος non reperiuntur in pinu, sed in sola ferē picea, ut Bellonius testatur: hac de causa πίνακος à Theophrasto πίνακος φύσει πίνακος cognominatur. Quintum, πίνακος πίνακος, quod foliis πίνακος, referat, nomen accepit; hujus folia pinum non piceam referunt, nec piceastellum, sed pinastellum vocatur. Contra chamepitys humilis picea, quod πίνακος habeat folia, nomen accepit. Hic adjungo Scribonii Pargi testimoniū, compos. 201. sic scribentis, *squama aeris cipri p. 12. Thuris p. 6. ammoniacæ guttae p. 6. resina pituine, id est, ex picea arbore, p. 20. 5. resina terebinthina p. 6. &c.* Erroris occasione præbuerunt Arcades, qui, ut scribit Theoph. loc. cit. quod cæteri πίνακος, πίνακος, contra, quod πίνακος, πίνακος vocarunt. Pinus, ut poeta fabulantur, ex lugubri historia nata est. Fama enim est Atys, in arborem pinum, ab ipsa Dea conversum fuisse, ipsamque pinum matri Deum Cybele fuisse consecratam. Ovid. x. Metamorph.

*Et succincta comas, hirsutaque vertice pinus  
Grata Deum matre: siquidem Cybelius Atys  
Exuit hac hominem, truncoque induruit illo.*

Pinus Cybelæ Deæ, terram concludenti, & semina gremio suo custodienti, dedicatur. quod Cybele apud physicos interpres nihil aliud sit, quam vis terræ conclusa: steriles illa quidem exterius, sed vitam intus alienis seminum universorum, quae cono pini designatur, & haud secus atque nux pinea, solo calore vel ignis vel aquæ calentis aperitur. Ita & terra non ante se recludit, quam sol radiis eam directioribus calfecerit. Fructum Martialis pomum Cybeles vocat.

*Poma sumus Cybeles, procul hinc discede viator,  
Ne cadat in miserum nostra ruina caput.*

Pini ramus februa dicitur, teste Ovid. lib. 2. Fastor. ubi quædam piamina, sive purgamina, & lanas antiquitus dicta fuisse februa docet. idque nominis inditum esse ramo ejus arboris, quam ipse vocat puram, quæ est ipsissima pinus.

*Nomen idem ramo, qui cæsus ab arbore pura,  
Castra sacerdotum tempora fronde tegit.  
Ipse ego flaminicam poscentem februa vidi,  
Februa poscenti pinea virga data est.*

Hinc pinus cepit esse certissimum symbolum virginitatis. Latini pinum dixerunt à pinnato foliorum cacumine.

Πίνακος γαλατος τὸ μέρη οὐ μερη, ποιεῖσθαι, &c. Mansueta pinus proceræ, rectæ, & craffo stipite in altum tollitur: inferiore quidem parte nudo, sed superiori ramoso admodum. Folia capillacea, setæ equinæ ferè modo, oblonga, firma, tenuia, è cumine pungentia, & aculeata, colore ex candido virientia, perpetua; extremas ramulorum partes, comarum instar, plurima ambiunt, quorum bina ab uno ferè excent tuberculo: conos edit magnos, ponderosos, ex multis, solidis, duris, lignosis compactos squamis, altissimè à terra suspensos: sub quibus strobili oblongi, duris putaminibus conclusi, ferruginea quadam tunica obducti. interior nucleus oblongus, tenui tunica circumte-

gitur, flavo colore, quæ digitorum attritu facile spoliatur; lapor illi dulcis, ac jucundus, substantia pinguis, oleofa-

### Pinus.




que, in multis Italiae locis, & præsertim in agro Ravenano, & circa Massiliam; in Narbonnenſi Gallia, in Hispania, tum & alibi, veluti in Orientis provinciis, sponte sua nascitur: in hortis & viridariis colitur; pulchriorque est.

*Fraxinus in sylvis pulcherrima, pinus in hortis.*

Nucleum Belgæ pingel vocant.

### Maritima Pinus.



Tēs ἡ αρχείων &c. sylvestris genus duplex statuit, quo-  
rum alterum Idem, alterum maritimam vocant. Sylve-  
stris

tris genera plura observarunt recentiores. Pinus maritima folia habet angusta, quam pini breviora, raraque, in capillamenti modum protensa, ramis glabris, caudice

## Pini Maritimæ majoris ramulus.



altiorem ipsa pino domestica scribit: quod falso & praeter veritatem est. Omnes pinastri, tana steriles, quam fructiferi, aut humiles sunt, aut altitudine mediocre.

Pinus Idæa Theoph. maritima altera Math.  
pinaster prior Clus. Hisp.\*

nigriore, conus forma oblongus, & turbinatus, pino urbano brevior, & superne latior, Phœniceus, multam resinam proferens. Huc refer sequentem, modo eadem non sit, sylvestris altera, Lobely dicta, & à Carolo Clusio descripta. Minor Hispanica duorum hominum altitudinem raro superat, inflexo ac contorto caudice, ut plurimum ab imo ramoso: folia illi majori similia, sed breviora, & diluti virantia, coni etiam minores, oblongi tamen, turbinati, & candicantes, multa plerunque resina infecti, non admodum iis dissimiles, qui Austriacæ, albæ cognominatae, innascuntur; nuclei quales in majore, nigra membrana contecta, Marciano & Valentinianno regno frequens, tum in aliis Provinciis haud procul à mari. Ideæa pinus facile, inquit Lobel. dignoseitur, caudicis & amorum cortice scabro, circa ramos, foliorum factura, & majoribus, longioribus, speciosioribusq; numerosis conis. Dubitant an hæc pinaster prior Hispanica Clusii, major, inquit, Hispanicus, in pini altitudinem exerecit, interdum etiam superat, à medio ramosus; folia habet pini, oblonga, bina simul juncta, in viriditate nigricantia, acuminata & pungentia, strobilo paulò minore quam pini, alato inter squamas, quibus compactus est, nucleo molli, & nullo putamine inclusa, sed tenui tantum duntaxat cortice tecto, caudex rectus, cortex levior, & minus quam pini scaber, plurimam resinam fundit Sylvestres pini plures à Clusio. Dodon. Lobel. Penna, aliisque describuntur: omnium nuclei non ingratia, sapore quadam enus domesticas referentes, nisi quod gaudiu quondam leviculam relinquant asperitatem.

Tenui dñe oporitæ in idæa. Hanc ideam Theophrastus copiosiorem resinæ ferre docet. Locum hunc non intellexit Plinius. Ex iis inquit pinus & pinaster f. lium habent capillamenti modo prætenue longumque, & murone aculeatum, pinus fert minimum resinæ, interdum & nucibus ipsis, de quibus dictum est, ut adscribatur generi. Pinaster nihil aliud est quam pinus sylvestris, mira altitudine, & à medio ramosa, sicut pinus in vertice. copiosiorem hæc dat resinam, quo dicemus modo. De resinæ vide cap. secundum lib. 9. hist. Grecus auctor Idæam sylvestræ pinum rectiorum, celiorenque quam maritimam. Latinus pinastrum

Bellonius tamen tradit, & Dictæospinistros in vastitudinem diffusos, ad insignem altitudinem surgere, & iis quæ in Olympi Phrygii montis, aut aliorum gelidissimorum montium summis culminibus proveniunt, abietis esse reætudine. sed hunc pinastrum sterilem piceam appellare, ac eam pro pinu describere, autemant. Immerito ex auctoritate Plinii idem Bellonius notatur, quod pinastrum pino humiliorem tradiderit, innumeros in coniferarum resiniferarum historia commisit Plinius errores.

Oenopœ, in Ald. & Bas. oenopœ. Malè: nam supra dixit τονταν δὲ οενοπεια, τοι μαργαριτα, τοι ειδος ιχθυος παχιπερια ιδια. Rectè ergo emendavit Rob. Constant.

E' ιχθυος &c. Rober. Constant. ιχθυος οιχεια και ειδησιν οιχεια, οιχεια το &c. Sand lib. 9. hist. cap. 2. scribit Theoph. η το εικαστη εγ και οιδειαν αιρει, ιχθυος οιχεια ειδησιν οιχεια, τοιω ροιχεια το διπει. Plin. lib. 16 cap. 12. Quidam arbitrantur in montosis copia præstantiore ac colore, & dulciorem fieri, odorem quoque gratiorem, dum resindat, decolla autem minus picis reddere; quoniam in serum abeat. quod Græcus de pice cruda, hoc de resina Latinius. Vide cap. 2. lib. 9 ubi de pice conficienda agit Theophrastus.

Τα δι φύλλα λιπιζει και &c. τα φύλλα κειμενα. Rectè Robert. Constant. interpretatur pendentia ac dimissa. id est quæ non sursum erigitur, sed quasi terram versus inclinant. Posset etiam verti. folia undique ramum cingentia, vel in ambitu ramum complectentia. Hesych. κικιδιμιοι, κικιδιμιοι, κικιδιμιοι. Plin. loc. cit. Alia etiamnum generibus ipsis in sexu differentia, mas brevior & durior, feminina procerior, pinguioribus foliis, & simplicibus, atque non rigidibus. τα φύλλα κειμενα, folia non rigiditia. Rigida folia vocat, subrecta, non proclivia, in terram inclinata. κικιδιμια simplicia vertit. An apud Theop. legendum αιτην? an vero simplicia folia mollia vocat? Non attendit ad Liberti verba, quem ειδη legere puravit, cum αιτην legeret. Alius adhuc error in verbis Plinii. mas, inquit brevior & durior. Theophrastus marem breviorem inquit, foliis duriorem. Scribe ergo, mas brevior, foliis

*foliis durioribus. vel mas brevior, & foliis durior, fæmina procerior, foliis pinguioribus.* &c.

E' τὸ μὲν ξύλον, &c. Plin. loc. cit. *lignum maribus durum, & in fabrili opere contortum; fæmina mollius, publico discrimine in securibus. he in quoconque genere reprehendunt marem: quippe respuntur, & fragoſius ſidunt, ægrius revelluntur, ipſa materies retorrida, & nigror maribus radix. Dictio radix superflua videtur. verba enim Theophrast. καὶ τὸ σχέδιον μελάτην, de colore ligni accipienda, non radice. Lego cum Robert. Conſt. ἡράκλεην. Opponitur enim τὸ φυφοῦντο. & ſic legit Plinius, & in fabrili opere contortum, inquit. Quomodo τὸ πελεκής quid σχέδιον dicatur, idem exponit. Vide doctiff. Scal. annotat. vide lib. 5. c. 2. Totum hunc locum verte in hunc ſenſum. nam inter dōlandum mas in univerſum brevior eſt, magis diſtortus, tractatu diſſicilior, colore nigror, fæmina ve-rò longior &c. σχέδιον, opponitur τὸ ὑπερέσιον, πλεκτος, dolatio, ičius ſecuri adacte, πελεκής, dolo, ſecuri percutio, ſecuri adigo. Odys. 5. πλεκτος οὐ τοιχονθάσιον ſecuri dolavit.*

A' πελεκής. ἀπόση διδύμη arbores vocat Theophrastus tæde inutiles, queque resina non exudant. Quæ tali materia ſcarent, à Plinio pinguisſimæ nominantur.

Εὐκταντονίζε. Lege cum Robert. Conſtant. εὐκταντονίζε. σύκταντα πύρα Theoph. vocat, quæ κτῖνος ſive κτηδόνας, id eft pectines, & venarum cursus, ut loquitur Plinius, elegantes habent.

Εὐγεων. Theod. ἀγεων. μελιγεων Plin. lib. 16. cap. 39. larix, inquit, fæmina (vulgò feeminam) habet, quam Græci vocant ægida, mellei coloris, inventum eft pectorum tabellis immortale, nullisque ſiffile rimis, hoc lignum proximi medulla eft. Hæc diligenti animadverſione digna. τὸ μέλινον θάλαττα laricem vertit. quod valde ineptum. πόλιν inter αἴθουν numerat Theoph. ſola larix e resiniferis folia amittit. Plinius tamen retinere ait, quod ipſa autopsia refellit, nec ulteriore animadverſione eget. mellei dixit eſſe coloris, quod laricis resina talem habeat colorē. Diſc. l. 1. c. 92. ubi de resina agit. ἐπειδὴν τὸ μέλινον τοιχονθάσιον λαβεῖ. nec proximū medullæ; ſed ipſu τοιχονθάσιον id eft, interior medulla. vide quæ de abiete dicuntur.

Συλλ. Plin. lib. 16. cap. 10. ha mares duntaxat ferunt, & eam quam Græci ſycon vocant. odoris gravissimi. Scribe Hanc pini mares duntaxat gerunt, ſcilicet tædāni; quam arborem facit, cum arboris morbus fit.

Οὐδὲ κατεται. Hinc errandi ocaſio, ut recte monet Conſtant.) Vitruvio & Plinio, qui prodiderunt, laricem non urit. Hac occaſione de larice ejusque historia agam. Ac primum, utrum larix Theophrasto cognita: deinde: quando cognita primum. Si vulgariter Theophrasti interpretationem ſequamur, nulli relinquetur dubium, quin larix Theophrasto cognita fuerit. τὸ μέλινον laricem vertunt. Hanc non eſſe laricem, ex ipſo probatur Theoph. cum lib. 1. cap. 16. & 19. ſcribat, ἐπειδὴν τὸ μέλινον τὸ μέλινον τὸ μέλινον. laricis folia haud quaquam pungentia, ſed obtusa. Inter αἴθουν, quæ perpetuum habent folium, numerat Theophrastus πέτρα, id eft piceam. Sed laricis folia decidua eſſe ipſa experientia probat. Errandi occaſionem præbuit Plinius, qui modo πόλιν laricem, modo πέτρα ſic vertit. laricique multa (ut mox dicam) tribuit, quæ pino piceæque Theophrastus. Alii πόλιν, cui folia decidunt, laricem volunt. Theoph. lib. 1. cap. 15. τὸ μέλινον αἴθουν, θάλαττα, θούριξ, δάφνη, μούρινος, πόλιν τὸ μέλινον. Ex hiſ ſanè affirmari non potest; laricem eſſe pinum urbanum, cui decidunt folia: nec concludi potest, pini quoddam genus folia amittere. πόλιν τὸ μέλινον. dixit Theophrastus, ut doceret, aliud genus pini eſſe, nempe ſylvestre. Nam inter ſylvetria πόλιν recenſet, ſine epitheto. πέτρα ergo τὸ μέλινον pinus urbana. Larix Gallo-Græca vox, à Gallo-Græcis, ſive alpinis Gallis imposita huic arbori, Diſc. lib. 1. cap. 92. καὶ δέδοι γαλατος, τὸ μέλινον αἴθουν, τὸ μέλινον, τὸ μέλινον, τὸ μέλινον (Ald. θάλαττα) ἐρευάζοντο. itēnque ex Gallia ſubalpina, quam incole nomine vernacula laricem appellant. Larix ergo vox barbara. forte nomen traxit, τὸ μέλινον, quod pingue significat, λαελον οὐδὲ βούς apud Athæneum ſaginati porci ac boves. Larix ergo à copia resina ſive pinguedinis, quæ turget, ſed alia mens Vitruvii. Corrigendus codex. Galen. lib. 8. καὶ πέτρα, cap. 5. circa finem, πέτρας λίθους β. πόλιν λαελον τὸ μέλινον τὸ μέλινον. De larice hæc tradit Plin. lib. 16. cap. 10. Quinto generi ſitus idem, eadem facies. larix vocatur materies præſtantior longè, incorrupta vi, emori contumax, rubens preterea, & odore acrior: plusculum huic erumpit liquoris, melleo colore, atque lentiore, nunquam dureſcenti. Scribe, plusculum huic erumpit liquoris melleo colore, atque lentoſu nunquam dureſcenti. Temporis traſtudiorē redi resina laricis

obſervarunt diligentiores Pharmacopœi. Pergit Plinius. Laricis morbus ut tæda fiat. (hoc mox examinabo) omnia autem hæc genera accensa, fuligine immodica carbonem re-pente expunt, cum eruptionis crepitū, ejaculantürque longè, excepta larice, qua nec ardet, nec carbonem facit, nec alio modo ignis vi consumuntur, quam lapides. Omnia ea per-petuo virene, nec facili discernuntur, in fronde etiam à pe-rritis. Tanta natalum miſtura eſt: ſed picea minus alta quam larix: Illa crassior leviorque cortice, folio villosior, pinguior, & densior, molliorque flexu. At picea rariora, ſiccioraque folia & tenuiora, ac magis algentia, totaque horridior eſt, & perfusa resina. Lignum abietis ſimilius. Larix uſtis ra-dicibus non repullulat, picea repullulat, ut in Leſbo acci-dit, incenſo nenore Pyrrhæo. Poſtrema hæc ubi de picea nobis fermo erit ventilabimus. Negat incendi posſe laricem. Idem Vitruvius lib. 2. architect. ſcribit. Arbor eft foliis ſimilibus pini, cujus materies prolixa, tractabilis ad infeſtum opus, non minus quam sapinea (vide quæ infra de tæda dicuntur) habet resinan liquidam, mellis Attici colorem, quare etiam medetur phthisicis. (multa ſunt quæ mel-lis Atticisunt colore, nec tamen tabidis proſunt, immo nonnunquam obſunt) Notus larix municipibus, qui ſunt circa ripam fluminis Padi, & littora maris Adriatici. Non ſolum ab ſucci amaritate, à carie aut tinea non nocetur, ſed etiam flammam ex igne non recipit, nec ipſe per ſe poteſt ardere, niſi uti ſaxum in fornace ad calcem coquendam aliis lignis uratur. Nec tamen tum flammam recipit, nec carbonem remittit, ſed longo ſpatio tardè comburit, quod eft minima ignis & aeris è principiis temperatura. Humore autem terreno eft, materie ſiſſe solidata, non habens ſpatia foraminum, qua poſſit ignis penetrare, reſicitque ejus vim, nec patitur ab eo ſibi cito noceri. Propter pondus ab aqua non ſuſtinetur, ſed cum portatur, aut in navibus, aut ſupra abiegnas rates collocatur, ea autem materies quemadmodum ſit inventa, ſic licet cognofceret. Divus Cæſar cum exercitum habuſſet circa Alpes, impetravifſetque à munici-pis, praſtare commeatus, ibique caſtellum eſſet munitum, quod vocaretur larignum, tunc qui in eo fuerunt, naturalis munitione confiſi, noluerunt imperio parere. Itaque juſſit Imperator, copias admoveret. Eraut autem ante caſtelli portam ex hac materia alternis trabibus transversis, uti pyra inter ſe composita, altè, ut poſſet de ſummo ſudibus & lapidibus accedentes repellere. tunc verò animadverſum eft, alia eos tela praeter ſudes non habere, neque poſſe longius à mu-ro propter pondus facillari. Imperatum eft, paſſiculos ex virgo alligatos, & faces ardentes ad eam munitionem accedentes mittere. Itaque celeriter milites congeſſerunt. Poſtquam flamma, circa illam materiam virgas comprehendifſeret, ad caſtum ſublata effecit opinionem, uti videretur ſam tota moles concidiſſe. Cum autem ea per ſe extincta eft, & res quiesca, turrisque intacta appa-ruſſet, admirans Cæſar, juſſit extra telorum immiſſionem eos circumvallari. Itaque timore coatti oppidani, cum ſe dediſſent, queſitum unde ea eſſent ligna, que ab igni non lederuntur. Tum demonſtraverunt eas arbores, quorum in hiſ locis maxima ſunt copiae, & ideo caſtellum larignum, ſtem materies larigna eft appellata. Pallad. in Novembr. Larix utiliſima, ex qua ſi tabulas ſuffigat tegulis, in fronte, atque extremitate rectorum, praefidium contra incendia con-tulit. Neque enim flammam recipiunt, aut carbones creare poſſunt. Ignari hominis eft, putare, resinoſum lignum inuſtum flammis ſtarē; quippe, ſi pingui resina lapides perungantur, ardent: larix qua hodie in Alpibus, aliiq; reperitur locis, igni injecta ardet, etiam in fornacibus, & quod magis eft, in carbones vertitur, ferrarijs officinis utiliſimos, ut acutiss. Iuliſ Cæſar Scaliger in doctiff. de ſubtil. lib. & doctiff. Mathiolus in eruditiss. in Diſc. comment. referunt. Noſtram tamen laricem eandem dico quam deſcribunt veteres. Ipſe Plinius, ſui imme-mor, facet, laricem ignem concipere, lib. 16. cap. 12. In Macedonia, inquit, laricē maſculam urunt, fæmina radices tantum. Imaginari nequeo, qui fieri poſſet, arborē accen-di non poſſe, que turget resina liquida, prepingui. Lignū re-sinoſū, bituminis picisq; inſtar ardere ſolet. ipſi lapides, qui natura ſua flammis nunq; flagrant, ſi butuminoflo, resinoſoq; ſucco redundant, non fecus ac ligna ipſa exurentur, & in carbones abibunt, ut in gagate videre licet. Quod teſtari Flandri, Brabantij; poſſunt, aliiq; populi qui ligno-rū penuria, hiſce lapidibus fuos perpetuo foent ignes. Ad historiā e Vitruvio allatā reſpondeſ Mathiolus; id eveniſſe, non quod laricis materia flamma aut igne non conſumatur, vel comburatur, ſed, quod ventorū, aëris, niviū, pluvie, frigoris injurya, quib. Alpine regiones, in quibus larix ferē provenit, quoq; ferē tempore afficiuntur, durior, ſic-cior, ac lapidosior facta, non ita facile accendi potuerit: p̄ſertim

præsertim, quod omnis arboris materies quæ solidior sit, non illico primo statim occursu facile accendatur. Etenim larix soliditate & duritie, præ cæteris præstat, quæ ubi aëris illis affectibus, lapidolum quandam contraxerit naturam, & ejus resina contabuerit, mirum sane non est, si non ita facilè accendatur. Sequitur apud Plinim. *omnium ea perpetuè virent.* Laricem amittere folia sæpius dictum est. Theophrastus inter *αἰθολλα τεύχη & πίνα* numerat: laricem vertit Plinius. male. Alia etiam frons abietis, alia pini, alia laricis, ut ex icone videt lector. Nec larici magnitudine cedit picea illa (larix) crassior, leviorque cortice, folio villosior, pinguior, densior, molliorque flexu. Hac in re inconstantiam Plinius animadvertere licet lib. 16. cap. 24. aculeata folia scribit. De suo Plinius vocem larici addidit, que in Theophrasti libris non extat, ut supra lib. I admonuimus. *Pungentia, inquit, pino, piceæ, abieti, larici, cedro (minori intellige) aquifolis.* Vulgarum lectionem cap. 10 corrumpant arbitrantur; corrigunt, restituuntque, unius dictio mutatione. *picea minus alta, quam larix.* Hec crassior leviorque cortice, folio villosior &c. ut, Hec, ad laricem referatur. Quam correctionem sensus, & contextus necessariò postulant. Nam si verba hæc, folio villosior, de picea continenter intelligantur, qui ejus folia pinguia, densa, molliaque esse possunt, quæ mox dicuntur tenuiora, rariora, siccioraque. Ad hæc, si præcedentia omnia de picea, & non de larice accipienda essent, cur illis partculam, at, discretivam, ut ajunt, subjicit: cum dicit, *at picea rariora &c.* Ex his perspicere licet, laricis corticem leviorē esse quam piceæ, ut existimavit Ruellius, sed ejus folia, aculeata non esse, cum aculeatum & villosum, sint pugnantia. Nam villi pili sunt, tactu molissimo, qui quantum à spinis differant, norum est. Refert Mathiolus in M. S. codice legi, quo dictum est modo. Qualia larix gerat folia, ex descriptione, quam mox addam, facile animadvertiset lector. Porro quæ Theophrastus de pini piceaque differentia, ea videtur de larice, piceaque tradere Plinius. ut mox docebo. Idem Plinius, cum cap. 25. lib. 16. inter tristes arbores laricem recenset, fallit docet. Non enim, ait, omnes florent, & sunt tristes quedam, quæque non sentiant gaudia annorum. nam neque ilex picea, larix, pinus, ullo flore exhilarantur, natalesque pomorum, recursus annuos, versicolori nuntio promittunt. De picea mox videbimus, de ilice suo loco

### Larix ejusque flores fructus & semina.



agam. Larix arbor eximiae proceritatis; abiete tamen sæpius humilior, materiæ æternæ, caudice recte ascen-

dente, cuius cortex inferiore parte, quæ ramis subest, crassus, asper, undique in rimas dehiscit, præcisus interius rubore conspicitur, reliqua parte levis, glaber, nonnihil foris inalbicans. Circa stipitem rami véluti per gradus collocantur, cum surculis & adnatis plurimis, falcis modo lentis, colore luteo, odore non injucundo: folia verò circa ramulos multa, densa, comosa, simul coherentia, quæ circiter triginta simul juncta, penicilli pictorum similitatem referant; oblonga, breviora, tenuiora, molliora, quam pini, haud aculeata, sed retusa: quæ adventante hyeme, pallida effecta, ad stipitis radices decidunt, ibique marcescent; ita ut sola larix inter omnes resiniferas arbores, frigoris levitatem, non reformatans, omnique algoris immanitatem spreta, nuda Hyemem transfigat. Novella cupressum prorsus æmulatur, non piceam, ut multis placet. flosculi seu potius conorum rudimenta rotunda è tenerrimorum ramulorum summitatibus erumpunt, arborèmque mirum in modum condecorant, quod in purpuram ardenter rubescens, comantibusque foliolis, miro naturæ artificio annexa, viatorum oculos non parum recreant, suntque odoratissima. Coni odoris non ingrati, parvi, cupressinis magnitudine ferè similes, sed paulò longiores, brevi petiolo ramis alligari, ipsiisque incumbentes, ex gracilibus foliosis squamulis compacti; sub quibus latent bini nuclei foliati exigui, alii cicadarum, aut vesparum similes. Semen in his exiguum, magnitudine feminis cupressi, quod mansum nucem pineam planè odore imitatur. ligni materies durissima, colore, præsertim qua media ac interior est, rubescens, ad diuturna opera perquam utilis. Colligitur ex hac arbore resina liquida, candicantis melli, veluti Attico, aut Hispanico, colore, & consistencia persimilis; quæ tamen non sponte effluit, sed ex arbore trunco manat, crasso, oblongoque terebro, ad cor usque excavato. Resina hæc larix dicitur, in officinis terebinthina appellatur, atque ejus loco divenditur, & medicamentis admiscetur. Quod novum non est. Nam & sua ætate Gal. lib. 3. *καὶ γένες*, c. 3. rhopopolas laricē terebinthinae loco vendidisse refert. *εἰ δὲ τὸ γένος τὸ πιπερίδιον* οὐδεὶς ὄντως τοῦτον μὲν υγροτερόν τὸν συγερμένον εἶται, τοῦτον διατάξεις τὸν τεύχον πασκεῖν, λοιπὸν τὸν περιπλόκον τοῦτον εἰδεῖν διακείνεται. Εἰ δὲ πεπάντη πότισμα καὶ τὴν σφραγίδα, καὶ τὴν γεύσην, καὶ τὴν θεραπείαν τοῦ περιπλόκου πεπάντης ποτε τοῦτον εἴ τινα τὴν ἐπιτίνην, καὶ τὴν περιπλόκον τοῦ περιπλόκου τοῦτον εἴ τινα τὴν διαφορεπιτίνην. Ex harum quoque genere larix est prædictis planè humidior: consistentia verò simili liquide piceæ, quam loco terebinthinae institores vendunt ignorantibus eas discernere. Est autem talis resina odore, gustu, & facultate quam terebinthina acrior, cum bac igitur & terebinthina larix persimilem potentiam obtinet, sed tenuioribus partibus, majoraque discutiendi virtute prædicta est. Ergo citra errorem laricem pro terebinthina substituunt. Adnascitur & larici fungus, non qualis aliis arboribus, sed albidos, medicinæque utilis, qui agarici nomen adeptus est, de quo alibi. Nascitur larix præcipue in Italæ alpibus, haud longè à Tridento, juxta Benacum, ac Padum, fluvios; reperitur & in Moravia, Silesiæque. Inter coniferas sola larix absque foliis hyeme conspicitur, vere, nova ex iisdem, unde priora deciderunt, tuberculis erumpunt. coni legendi sunt ante hyemem, cum folia defluere incipiunt; postea enim sese pandentibus, ac dissolventibus squamulis, semina efflunt. resina æstivis mensibus colligitur.

*Οἱ δὲ τὰ τὸ σιλεχός &c.* Hi errandi occasionem non tantum recentioribus, sed etiam antiquioribus, præbuerunt. Alii locum hunc in hunc sensum corrigunt. *οἱ δὲ τὰ τὸ σιλεχός εἰσι τὰ πτυῖται, καὶ τὰ τὰ τὸ σιλεχός εἰσι τὰ μικρά &c.* Et cō ταῦτα ισχασίας οὐγεντον τὸ ξύλον. τούτο τὸ τὸ πτυῖται εἰσι τὰ μικρά & πτυῖται τὸ λειότερον, τὸ οὐγλότερον εἰσι. piceæ namque magis conspicuum ac eminentem caudicem esse, levem, magnum, in opere fabrili utiliem: ut pote qui crassior, levior, procerior, quam pino sit. Quis non videt, in vulgaris codicibus τὸ τὸ λειότερον malè scribi? Quomodo evidentiorem caudicem, pino crassorem, & proceriorem habere potest; & tamen gracilitatem habere? Hoc cum animadverteret, Gaza verba hæc, *ut pote qui gracilitate non caret*, parenthesi inclusit. Magna oportet arbor sit picea, quæ ipsum pinum magnitudine vincat. Malè ergo scribit Plinius, piceam minus altam quam laricem. Puto scriptum fuisse, *picea magis alta,*

*εἰ τὸ σιλεχός εἰσι τὰ μικρά &c.* Totam hanc periodum in hunc sensum legunt alii. *καὶ τὸ τὸ σιλεχός εἰσι τὰ πτυῖται, καὶ τὰ τὰ τὸ σιλεχός εἰσι τὰ μικρά &c.* Et cō ταῦτα ισχασίας οὐγεντον τὸ ξύλον. τούτο τὸ τὸ πτυῖται εἰσι τὰ μικρά & πτυῖται τὸ λειότερον, τὸ οὐγλότερον εἰσι. piceæ namque magis conspicuum ac eminentem caudicem esse, levem, magnum, in opere fabrili utiliem: ut pote qui crassior, levior, procerior, quam pino sit. Quis non videt, in vulgaris codicibus τὸ τὸ λειότερον malè scribi? Quomodo evidentiorem caudicem, pino crassorem, & proceriorem habere potest; & tamen gracilitatem habere? Hoc cum animadverteret, Gaza verba hæc, *ut pote qui gracilitate non caret*, parenthesi inclusit. Magna oportet arbor sit picea, quæ ipsum pinum magnitudine vincat. Malè ergo scribit Plinius, piceam minus altam quam laricem. Puto scriptum fuisse, *picea magis alta,*

alta, quam larix. Nam quod Theophrastus hoc capite de pino, id de larice Plinius. Gaza εν της ιερασιας αρχης legit. Quomodo in opere fabrili inutile lignum, crassum, leve, procerum, esse possit, non video. Ipse Theophrastus, lib. 5. cap. 8. picea lignum, ad naves, domos, utile scribit.

*Kai τη μη φύλαξ &c. Scribe. καὶ τὰ φύλαξ τοῦ μη πίκλων πολλά, τοῦ λατρεύοντος, τοῦ δασικού, ἐπικλείσα. Id est, præterea pini folia multa, densa, pinguis, inflexa esse. Plin. loc. cit: sed picea magis alta, quam larix, hæc crassior leviorque cortice; folio villosior, pinguis, densior. Vides Plinium dicas legisse, non βασια, ut in vulgatis incepte legitur. quæ, &c ubi, alta ejus folia?*

*Κανοφόρης. Hesych. κανοφόρης προσιδοφόρης. Suidas κανοφόρης. θυροφόρης: κανθάρος λέγεται ο βοτρυοειδής ή τροφίλειον καρπός. διφέρειν αὐτὸν αντίκειν τοῖς ή διονύσου ιεροῖς. id est, conosferi, thyrifigeri, conos autem dicitur strobili fructus ramosus, quem in Bacchi sacris gestabant mulieres. An igitur conos & strobilos res eadem? Supra diximus, solam πίκλων τροφίλειον ferre, conum fert picea. Dicendum, piceam conum quidem ferre, sed strobilos in iis non contineri edules; nec strobilos, sed πικλίδις, fructus in iis contentos, vocari, in fructu resiniferarum, pini potius dixerim. Tria sunt observanda, ac distinguenda: pomum ipsum, sive fructus integer; qui Theophrastus, καὶ lib. I. de caus. cap. 23. lib. I. hist. cap. 18. pomum Cybeles Martialis vocat. 2. contentus intus fructus. ηγεμονικός, πόκαλος, σεγκίδα. πηνίδα vocant. 3. Id quod nucibus inclusum est, atque editur, σεγκίδα appellant, nucleos pineos Plinius. Sed haec obseruare non solent ipsi Graeci. Gal. com. 4. in lib. de rat. vist. in morb. acut. ο πίκλων πόκαλος ηγεμονικός, οντος, ολός, κανθάρος μάλλον ηγεμονικός επιπλέον οντομάλλον, κορυφή τοῦ πίκλων λατρεύοντος προσιδοφόρης. Cocculus enim ab eo dictus, non sic, sed potius conos antiquis nominatur, quemadmodum à recentioribus medicis προσιδοφόρης. Idem in exeg. πόκαλος οἱ μὲν πολιτεῖς τοῦ πικλίδην διοκουνεῖσθαι, οἱ δὲ καίδιον πόκαλον, ιστριστούσι. Hoc est coccalum plerique nucleus nucis piceae accipiunt. Diosc. verò apud Hippocr. diminutivè granum cinduum intelligi contendit. Idem lib. 7. simp. κατον παρεπόνος, οἱ δὲ τοῦ πόκαλον οντομάλλον, Επρόσιλος, ολός μηδεποτέ, &c. Hesych. πόκαλος, βόμβος, προσιδοφόρης, πικλος. Gal. lib. 2. aliment. facult. πόκαλος, Επικάλυψη, η τροφίμος οἰνος ο ταχίστων καρπών, ο μηδεποτέ: καὶ οὐτος οἰνος οὐδενες, ο κάροντος αἴδης προσιδοφόρης. nux pinea boni ac crassi succi, multum, nutrit, non tamen facile coquitur, appellant autem nunc Graeci ipsum non κανθάρον, sed προσιδοφόρον. Vides admodum variare Graecos in nomine fructus pini piceaque. Doctè & eleganter Mnesitheus Atheniensis medicus αρετης ιδιωτης οργανικός, inquit Athenaeus lib. 21. καλλιποτος κανθάρος τούς πυρηνας, η πικλον, id est, strobilorum nucleos, quos etiam vocabat κανθάρον. Si originem spectes, οργανικός q. d. testulas. Eleganter vocaveris opercula illa, sub quibus in strobilo latent singuli nuclei. Theophrastus, ut dixi, totum fructum κανθάρον vocat; quod ipsum testatur Athenaeus Κανθάρος η πικλον διδρόν πολιτείαν οντομάλλον οινος πόκαλος, κανθάρος. Theophrastus arborem peniculam nominat, frumentum Conum: nonnulli κανθάρος, εργάλειον, πόκαλον, cum epitheti accessione distinguunt. Diosc. lib. I. cap. 87. ολός η οινοπότης δέποτε προσιδοφόρης. toti autem strobili ab arborebus decerpiti, ac recenter contusi. Idem eodem cap. σεγκίδαι η καρπός οιδιόδρομος. Strobili si repurgati edantur. Andromachus, & Asclepiades, lib. 6. η τοπος, σεγκίδαι πικλαριθρός vocat. Idem apud Aetium, lib. 8. cap. 46. legitur. κανθάρος σεγκίδαι appellant, esculentos strobili nucleos, non tantū à lacunatis toris, quibus includebantur liberatos; sed etiam à putamine, ac sua etiam cutē, seu ferriginea tunica, qua quidem immediatè tegebantur, nudatos. Supra dixi, πικλίδες vocari piceas nucleos, pini strobilos. Hoc improbae videtur. Diosc. lib. I. cap. 87. πικλίδες η καλοποτης, ο παρεπόνος η πικλον, η της πικλης ο πικλον. πικληδημονος οι πικλον. pityridum nomine picearum & pinorum fructus appellantur, qui in conis reperiuntur. Locus hic multis suspectus: putant enim verba illa της πικλης, aliunde in contextum irrepsisse. Et merito, inquit alii: quid enim πικλίδες aliud significare possunt, quam η πικλης καρπός, id est, picearum fructum, ut σεγκίδαι de quibus cap. sequenti idem scriptor agit, η πικλης pinorum. Mendum si est, admodum antiquum est; nam in omnibus etiam antiquissimis vox hæc reperitur codicibus. Malunt alii, ex nominis permutatione, quod πικλης Arcadibus picea, & πικλης pinus significet, accidisse. Ut cungit sit, reprehendit tacitè Dioscoridem Galenū, quod pini piceaque fructus sic vocari tradiderit. Locus est lib. 8. simp. πικλίδες, οιομάλλον η πικλης ο πικληδημονος της πικλης η πικληδημονος, Επι της πικλης*

σεγκίδαι της πικληδημονος. id est πικληδημονος ita nominatur fructus piceæ, at quidam per abusum, similiter quoque pini fructum nuncupant. Inter quos videtur esse Discorides. Nec dubium; alios etiam Graecos, quorum libri perierunt, idem tradidisse. Corruptus ergo codex Dioscoridis non est, nec verbum πικληδημονος à sciolto temere additum.

## Picea.



Piceo folia pauciora, squallidiora, horridiora que pini scribit. Hæc satis ostendunt, vulgatam piceam non esse πικλης. Vulgaris picea arbor procera est, stipe recto, non minus quam abies, procero cortice, nigricante, lento, & lori modo flexili, non, ut abietis, fragili. Arbor hæc multis ramis luxuriat, non solum quidem circa verticem sed multo inferius, ac etiam infra trunci medium, qui reflexi terram versus nutantes, non raro dependent, folia augusta sunt; non qualia pini, sed breviora, latiora, abietis similiora; quibus tamen nigriora, latiora, molliora, tenerioraque; quæ etiam non orbiculariter, ut abietis, teneriores virgulas convestantur; sed ex duobus tantummodo fibi oppositis lateribus, frequenter admodum, densaque excent, veluti taxo; cuius folia satis emuluntur. Majo mense fert in extremis ramis singulares julos, oblongos, ac rubentes, forma pallescere plenos; deinde conos, mollibus squamis imbricatis compotitis constantes, purpurascentes, dum novelli sunt, ac primùm natū, deinde paulatim in longitudinem excrescentes, quæ in maturis septem aut octo unciam est, sub quibus exiguum alatum semen, pinastro simile, fovetur. Picea Theophrasti conos fert pino minores, hæc majores. Folia squallidiora, horridiora, & pauciora picea Theophrasti habet: hæc plura, latiora, & molliora. Picea candidius gerit lignum, ut scribit Theophrastus: hujus materies rubra magis quā pini; rode denn boom Belgæ, id est, abietē rubram vocant. Sub corice, proximè ligno, resina colligitur, quæ quandoque effluens, larinæ similis appetit: in fylvis Bohemiæ, ac Germaniæ, juxta pinastros & abieres, sepe hæc reperitur. accepi anno 1633. ex Norwegia. Non desunt, qui abietem masculum Theophrasti putant. horum opinionem mox examinabimus.

*Kai γε τοῦ πικληδημονος η πικληδημονος η πικληδημονος. in Ald. & Bas. μικρός. Exscribentes cum ignorarent, qua ratione pix amara dici posset, mutarunt πικληδημονος in μικρός. πικληδημονος intellege, de odore ingrato. Sequitur enim, τοῦ οι πικληδημονος η πικληδημονος, η πικληδημονος. de odore vocem πικληδημονος, quandoque accipi, alibi probatur.*

*Πικληδημονος η πικληδημονος η πικληδημονος, &c. Plinius lib. 16. cap. 10. larix rustica radicibus non repullulat, picea repullulat, ut in Lesbo accidit, incenso nemore Pyrrhae, τοῦ πικληδημονος in epide*

eptē vertit laricem. Alibi sabinum vocat pinum, quæ cæsa regerminat: sabinum, piceam sativam, quæ cæsa nun-

Iulus perfectus.

Iuli.



Laminæ ligulæ nucleus &amp; semen.

Ramulus cum foliis veteribus ac novis.

quam pullulat. Locus est lib. 16. cap. 12. Inter hæc genera proprium quidam fecere sapium, quoniā ex cognatione earū scribitur: qualis dicta est in nucleis. Eiusque arboris imas partes, tædas vocant; cum sit illa arbor, picea, feritate paulum mitigata satu; sabinus autem materies cæsarum ē genere fiat, sicuti docebimus. Multa h̄c annotanda & consideranda. Sapium. lege ex meliori codice, sappinum; quæ lectio confirmatur Vitruvii, & aliorum auctoritate. Gloſſæ, sappinus nūn. sabinus nūn. Dicat imas partes sappini tædas vocari; cum sabinus nihil aliud sit, quam picea sativa. falsum, ait doctiss. Salmas. nec enim imas partes sappini tæda vocatae, sed illæ maximè īdædæ. Nam, ut scribit, Theophrastus hoc cap. & lib. 4. cap. 2. īdædæ īdædæ. Non igitur tæda vocata pars ima sappini; sed ea īdædæ. Quod ait, qualis dicta est in nucleus, id est, capite de nucleis, ac nucibus pineis: Nam lib. 15. cap. 10. De nucum pinearum generibus, sapineæ nucis meminit his verbis. Tertium genus sappinea ē picea sativa, nucleorum cute veriā, quam putamine, adeo molli, ut simul mandatur. Sabinus ergo picea sativa. Falluntur botanici, qui sappinum arboris speciem negant, statuuntque sappinum, Plinii auctoritate decepti, inferiorem ac endem partem caudicis abiegni. Tradit. enim lib. 16. cap. 39. Abietis, quæ pars à terra fuit, enodis est; hæc, quæ diximus ratione fluvia, decorticatur, atque ita sabinus vocatur. Corruptus Plinii codex, sapinea non sabinus appellata est pars inferior abietis enodis. Sic vocabatur pars hæc abietis, quod enodis esset, ut sabinus. Vitruvius lib. 2. cap. 11. Ima autem, cum excisa quadrislavin disparatur, ejecto torulo ex eadem arbore, ad intestina opera comparatur, & sapinea vocatur. Idem Vitruvius de larice. Materies earū prolixa, tractabilis ad intestinum opus, non minus quam sapinea. sapinea pars inferior caudicis abiegni, sabinus picea sativa, quæ cæsa nunquam regerminat. Recte ergo Bellonius sappinum arborē dixit. Vitruvius, ē quo ad verbum quæ de sappino habet Plinii, descripti, lib. 1. Namque non omnibus locis arena fosititie, nec sementorū, nec abietis, nec sappinorum, nec marmoris copia est, sed aliud alio loco nascitur, inopia abietis aut sappinorum vitabitur, uren- do cupresso, populo, ulmo, pinu. Antiquiss. Romanor. Varro. lib. 1. cap. 6. Quædam in montanis prolixiōra nascuntur ac firmiora, propter frigus; ut abietes & sappini. Columella. lib. 12. cap. 5. Alii nucibus sappines idem faciunt. Plinii cap. 34. lib. 16. Prælum ē sapino atra potissimum facito. ulmeam, pineam, nuceam; hanc atque aliam materiem omnem cum effodies, luna decrescente, eximito post meridiū, sine vento Austro. Apud Catonem cap. 31. scribitur. prælum ē sappino atra potissimum fato, aut ulmeam, aut pineam, aut pineam, vel nuceam. Scripsit ergo Plin. prælum ē sappino atra potissimum facito, aut ulmeam, aut pineam, vel nuceam. hanc atque aliam materiem &c. Redeo ad primum Plinii locum. Materies cæsarum ē genere fiat. In optimo Thuanio scriptum restatur doctiss. & nobiliss. Salmas. sabinus autem materies cæsa regere fiat. Ex hoc codice idem corrigit, ac scribit; sabinus autem materies cæsa regere fiat, sicut docebimus; Hæc doctiss. Salmasii correctio; Non inepit locus hic restitui potest ex optimo Salmant-

censi codice; in quo, teste Pintiano, scriptum est. *Sapind* autem materies cæsare generescit. Scribe, & restitue, *sapi-*na autem materies cæsare regenerascit. id est, de novo nascitur, *σπελαγχον*. Theoph. πίνη γριπούθειον εἰς πίλαις στὸν αἰα-

χαλαζίαν. Πλίνιος ἡ πίνη τῆς πίλαις αἰαχαλαζίαν. Insignis locus; ex

quo planè constat, Plinii distinguere sappinum (velut

in aliis codicibus legitur sappium) & sabinum. Sappinus

vel sappius piceæ sativæ species, ut sapina materies, vel

sabinus, si declinetur ut pinus, cæsa regenerascit, hoc est,

αἰαχαλαζίαν. Ergo sabinus species est pinus, quæ cæsa re-

germinat; sappinus vero picea sativa, quæ cæsa repullulat.

Nōn μέντος πίνης πίνης. Plin. lib. 16. cap. 10. laricis mor-

bis est, ut tæda fiat. Quod de pino Theophrastus, de larice

Plinius. Ignoravit prorsus quid esset *δάσ*, *τὰδε*, *τὰδεδάς*,

Tædam quidem interpretatur, sed ubique ferè pro ar-

bore accipit. cap: jam citato. Sextum genus est tæda

propriæ dicta, abundantior succo quam reliqua, parcior

liquidior quam picea, flammis ac lumini sacroru etiam

grata. Sic cap. 18 ejusd. libri Montes amant cedrus, la-

rrix, tæda, & cetera, ex quibus resina gignitur. Cura ergo

morburi laricis tædam ait, vult laricem in aliam specie, hoc est tædam arbore transfigurari. Non docet Theo-

phrastus pinum mutari in aliam arborem, sed morbum

pari cui nomen *δάσ*, cum tota in succum vertitur, & ma-

teriem illam resinosa, unde *δάδε* fiunt: quod illi accedit,

ob nimiam alimenti copiam. Vide cap. 2. lib. 9. & c. 15.

Lib. 6. de cauf. Ubi rationem reddit, cur hoc morbi ge-

nere resinifer laborent. Latinis tæda dicitur fax è lignis

constrictis & concisis, piceaque oblitis. Virg. Æneid. 6.

*Diripiēre foscos, piceum fert sumida lumen*

*Tæda, & commixtam Vulcanus ad astra favillam.*

*Æneid. Sic effata facem juveni conjectit, & atro*

*Lumine fumantes fixit sub pectore tædas.*

Apulejus. *Lucernis, tædis cereri, & alio genere, ficti luminis.* Cererem Deam tædiferam Poetæ vocant, quod tædas inflammat in perquirenda filia Proserpina, à Plutone abrepta.

Obid: lib. 4. fast.

*Illic accendit geminas pro lampade pinus*

*Hinc Cereris sacris, nunc, quoque tæda datur.*

Lustrales faces, ex tæda, lignisque pice obductis fie-  
bant, quas Claudianus sexto consulatu Honorii elegan-  
tiss. his versibus describit.

*Lustralem sic triste facem, cui lumen odorum*

*Sulphure cæruleo, nigrōque bitumine fumat,*

*Circum membra rotat, doctus purgando sacerdos,*

*Rore pio spargens: & dira fugantibus herbis*

*Numina, terrificimque Lovem, triviāmque precatus*

*Trans caput aversis manibus jaculatur in Austrum*

*Secum rapturas cantata piacula, tædas.*

Accipitur etiam tæda pro nuptiis, vel pro ipso conju-  
gio. Mos enim in nuptiis antiquorum erat, ut, quemad-  
modum Varro inquit, faces & tædæ semper præirent;  
quod olim non nisi per noctem nubentes ducebantur à  
sponsis. Virg. 4. Æneid.

*Si non pertasum thalami, tædaque fuisset.*

Tæda quæ ex lignis diversis confecta erat, & que vel  
naturali pinguedine, vel oleo, piceaque illita, faculae modo  
lucebat, Græcis πάνος & γενός dicebatur. Athenæus lib.  
15. πάνος δὲ γενός τὸ φάνα. τιλόντος δὲ τὸ φάνα τὸν λίθον, γενός τοι τὸ στίλπανον, ἢ δρύσιον ξύλον, οὐδὲ ιδελασμόν. Εκεπέσσωντον ιεράτεδας, Εφεντον τοῦ οδυπορέων. Ameriab  
phanon appellat grabium. hujus vocabuli significatum sic ex-  
ponit Seleucus. grabium ex Illice aut quercu lignum est,  
quod contusum, & fissum acceditur, ut ambulantibus præ-  
lueat, & viam monstrat. Eodem loco πάνοι δὲ φάνα, φάνα  
λίθεα τὸ λαμπτίδα, οἱ δὲ τὸ ίππον ξύλον πεταλίδιον δέσμον.  
Alii phanum volunt esse facem. aliū ex dissectis lignis qui-  
busdam fasciculum. paulò infra. πάνος δὲ φάνα τὸ διακυπε-  
μένον ξύλον, & οὐρανούσιον dissectum lignum & colliga-  
tum nuncupant. Tæda, de qua nobis sermo, pini ac coni-  
ferarum morbus, neutiquam arbor, ut Plinii tradit. Pla-  
cer quibusdam Plinii tædam pro pinu ponere. contra-  
rium apud probatiss. semper legi auctores; pinum sc.  
pro tæda ponit. Virg. lib. 8. Æneid.

*Ipsa inter medias flagrantem servida pintum*

*Sustinet. Idem in Ceiri.*

*Pronuba nec castos accendet pinus honores.*

Varro, cujus hæc sunt verba, confluit mulierum tota  
Roma, qua noctu nubere solita, etiā nunc picea fax indicat.  
Aristoph. εὐφρετη πίνης καὶ ἀγάθην φωσφόρος. Tæda pro  
pinu, quod sciatis, dixit nemo. Idem esset, ac si quis domū,  
vel navem pro pinu ac alno diceret, quod frequenter na-  
ves ex alno pinóque fabricentur. Sed frivola prætere

hæc excusatio videtur: Nam uno eodemque capite omnes arbores coniferas per genera describit: & primum genus facit pinum, sextum, tædam. Quomodo igitur tæda pro pino scripta? Aliorum sententia est tædam emonimis accipi oportere pro arbore, & pinguibus pinii, pinastri, ac reliquarum resiniferarum assulis: nec illam tædae significationem ignorasse Pliniam, cum eo ipso loco scribat, laris morbum esse, ut tæda fiat. Mirum igitur nemini videri debet, tædam modo pro arbore, re, modo pro pinguibus pinorum sumi assulis. Ut nec flammis ac luminibus sacrorum tædam arborem grata fuisse. Cum ex ea, velut ex aliis id genus, resina fluat, lignum sue ejus, ut ceterarum pingue & resinofusum in tædam vertatur, idque propterea Romani domi & in sacris accenderent. Probatum aliquem monstrant auctorem, apud quem tæda pro arbore ponatur, & fidem habeo; somniis, vanis, frivolis imaginationibus & figuramentis non fido. Male tædam tædam vertunt. Nam non tantum pinus tædam patitur, sed etiam aliæ arbores, que resinam fundunt, ut docet Theoph. lib. 4. cap. 6. πόνηται τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸν οὐρανὸν, εἰδὼν τὸν οὐρανὸν πολλούς ταῖς βιωτίαις κυνετάς. Gaze legit κυνέταις. lege καὶ τὸν οὐρανὸν πολλούς ταῖς βιωτίαις κυνετάς. Gaze legit κυνέταις. lege καὶ τὸν οὐρανὸν πολλούς ταῖς βιωτίαις κυνετάς. id est abieti folia pinnarum modo quæ avium alas componunt, in breviora soliola continuantur, aliis super alia jacentibus, & impositis, ita compacta, ut minora & breviora, perpetuò sint posteriora; quæ versus cacumen spectant, ea figura testudinem referente simillima Bæotorum fornicibus. Sic lego & expono, cū doctil. Lugdunensi, qui an Dialecticus, an alias quis, afferere nequeo. θάλαττα Græcis dicitur camera ædificiū, quæ altius crescens rotunda forma in fastigiatum cacumen definīt. Vel, ut Helych. tradit, domus est testum habens in acutum fastigium defi-

### Abietis particulæ supra descriptæ.



Hæc tenus de pino & picea; transit ad abietem, eamque marem ac fœminam scribit. Abietis historiam haec occasione enarrabo. Abitem Belge witte boom/ & maste-boom vocant; quod mali instar in altum rectumque abeat; vel quod ex ea navium mali fiant. Græcis ιάνη vocatur, ἡ οὐρανὸν εἰσεῖσθαι. οὐρανὸν εἰσεῖσθαι. αἰσθαντος quod in præcelsam proceritatem affurgat. ad quod attēdens Homerus Odyss. 1. ξάρτου λεγομένου dixit ad calum se extendentem, calum suā proceritate tangentem.

*Kλάνη τὸν οὐρανὸν τὴν ιάνην τῷ σεπαρκήν άλησκό, ποπούσκει abiesque in calum pertingens. Latinis eadem de causa abies dicitur, quod in celum seu altum abeat, id est in altitudinem longius eat, quam ceteræ arbores. De variis significationibus vocis ιάνης egi cap. de palma. Vocatur etiam arbor hæc οὐρανή, quod folia habeat οὐρανή ensi similia. Abietis pars inferior sapinea appellatur superior fusterna Plin. lib. 16. cap. 39. Abietis qua pars à terra fuit, enodus est: hæc, qua diximus ratione, fluviata decorticatur, atque ita sapine vocatur. Superior pars nodosa, duriorque fusterna. Fusterna dicebatur, quia nodosa, ut solent esse fustes & baculi crebris nodis, ut pluri-*

### Abies.



mum asperi. De abiete plura sparsim tradidit Theophrastus. Que inter hanc & pinum differentia, lib. 5. cap. 2. docet, quo lectorem mitto.

nens. θάλαττα σπονδυλοειδής οὐρανὸς δι' οὐράκων εἰληφθέσθαι, η τῆς οπίσιας μέλαν. θάλαττα μὲν οὐρανὸς περιεχομένων ήτοι οὐρανούς εἰς οὐρανὸν θάλατταν έχον τὸν οὐρανὸν καποκεβασθέσθαι. η οὐρανὸν εἰς πυράνταν οὐρανὸν οὐρανόντων θάλατταν οὐρανούς θάλατταν. θάλαττα οὐρανός εἰς πυράνταν οὐρανόντων οὐρανούς θάλατταν. Tholus dominus rotundus ex testis conceptus. aut sepia nigrum. Tholus propriè camara, impropriè domus, recto in acutum definita, prædicta. vel locus, in quo πυράνταν. Ε Senatores residere solent. In fœminino genere dicunt τὰ θάλαττα, Ε est locus in quo vasa conviviaalia imponuntur. Varro de Re Rust. lib. 3. cap. 5. Inter eas piscinas tantummodo accessus semita in Tholum, qui est ultra rotundus columnatus. Tholi itaque forma οὐρανούς. Propterea dicebat Dio Libr. 53. Panthæum quod Romæ Agrippa condidit, θάλαττα δι' της οὐρανούς στρογγυλήν, Pantheum Hemispherio rectū, hoc est, circulata camera, inq; medio Hemispherio lumen ad circumflexum factū. Hujusmodi formā non ostendunt particularia abietis foliola, sed, ut rectè monet Rob. Constantinus, eorum in singulis ramulis, surculisve tota series pectinatum disposita. Abies excelsa & proceræ admodum arbor, pino procerior immō omnium coniferarum, dempta cedro, altissima, caudex ejus rectus, cortice foris cinereo, intus verò subalbido; qui suam resinam refert, odore ac sapore idem: si flectatur, facile frangitur. Enodus inferius, crescendo in altitudinē progreditur, naturali contractura peræqua-ta ad summum usque: circa quod ramos promit, ex ea-dem caudicis parte simul, quaternos, ex adverso ita sitos, ut decussim imitantur; è quatuor caudicis lateribus erumpentes; tali ad fastigium usque ordine observato. Ab his verò ramis & aliis exeunt, sed bini tantummodo laterales, sibi mutuo oppositi, qui subinde deorsum nutant, reliquis sursum magis reclinati, ad instar ferè Hemispherii, hunc que ordinem servant, ut inferiores su-prioribus fint paulò longiores. Folia ramulos, ac eorum propagines, nullo ordine digesto, circundant, oblonga, teretia, & leviter mucronata, angustiora, albidiaria-que multò quam piceæ, diluto videlicet & quasi al-bido colore virentia; coni oblongi sunt, & longiores quam ullius coniferæ, mollibus compacti squa-mis, ab extremis virgulis deorsum dependentes; qui nec

Abietis particulæ, quibus addendus ramulus, cum foliis veteribus ac novis.



nec facilè decidunt, sed diutissimè in arbore hærent. Coccali in his exigui, nuclei ossis cerasi non maiores, adnata una parte membrana, alis apum aut grandiorum muscarum ferè persimili. Materies ligni albida est, & ex multiplice tunica contexta, veluti cepæ balbus. Similes admodum arbores, picea supra descripta, & abies sunt: adeo, ut etiam sæpius fabros lignarios fallant. siquidem eadem ambabus ferè proceritas, utraque iisdem est foliis, oblongis, densis, duris: amborum ramuli prodeunt crucis in morem, à duorum duntaxat ramorum lateribus exeuntes; quod & foliis evenit. Veruntamen hoc tantum discriminis in se habent, quod abiegnæ folia sunt longè candidiora, magisque pungentia, minus levia, angustiora, & duriora; contra piceæ nigriora, paululum latiora, leviora, molliora, magis obtusa. Præterea piceæ cortex nigrescit, tenax, ac lentus, lori modo flexilis, abietis ferè albicat, & si flectatur, ut jam dixi, facile perfringitur; Piceæ rami plerumque ad terram flectuntur; contra abietis sursum curvantur. Denique ligni materies piceæ multò speciosior, ac etiam utilior: habet enim venas rectiores, minusque nodosas. Ex abietis cortice liquida quædam resina colligitur, lariceæ consistentia assimilis, sed magis transparens; amaricans, & sapore citrii mali corticem proximè referens, quæ in tuberculis nonnullis corticis, non quidem vetustiorum, sed novellarum abietum continetur. Ex quibus, non nisi vulneratis, eximiatur. Sponte enim non profuit. Fert & aridam resinam abies, quæ circa corticis rimas vel abscessos ramos veterum arborum reperitur, vel etiam sub ipsis corticibus. Est & altera quædam abietis species, quam Bellonius in lib. de arbor. coniferis ostendit, conis non dependentibus, sed sursum erectis. Hanc legitimam esse abietem, & marem dici posse existimat. Alia tamen Caroli Clusii opinio, piceam supra descriptam *indutam* & *obsoletam* esse, hoc est abietem masculam. Non omittenda differentia, quæ in abietis foeminae, sive vulgatae foliis reperitur. Foliæ planæ in junioribus & bifido mucrone conspicua, superne viridia, aversa parte cineracea, & utrimque in ramulis veluti pectinatum disposita, ita ut totus ramus complanatus, & compressus videatur. In vetustis arboribus hunc foliorum ordinem (nisi forte in tenellis ramis) non licet observare. Rigidiora enim, magisque obtuso mucrone, licet pungenti redduntur. Adulta abies circa majorum ramorum extremos quasi surculos, in singulorum foliorum alis, prona parte, exigua quædam nucamenta interdum fert, & quibus singulares brevesque juli emergunt, qui deinde in flosculos permutantur, quales lib. I. descripsit Theophrastus. Perdurant ea nucamenta in alterum nonnumquam annum. Reperitur abies in montibus frequens, & in iis, ut air poeta, præstantissima, in Germania ac Bohemia sylvis satis frequens. Descendit etiam ad plana, nec horti culturam sperimentat.

*Theophrastus* & *Plinius*, &c. Docet in quibus pinus & abies differunt. Verba Theophrasti adeo luculenter à Magno Scal: exponuntur, ut supervacuum foret, quicquam nisi addere; nec pigeat videre doctiss. Constant. notas.

Kaj *περιτταὶ τὸ λόγοι*. Plin. lib. 16. cap. 34. *larix* sæminam habet (hec supra examinavi) quam Græci vocant *agida*, mellei coloris. Inventum est pictorum tabellis immortale: nullisq; fissile rimis, hoc lignum proximum medulla est, in abiete leuissim Græci vocavere. Vel Plinii, vel Theophrasti codex corruptus. Theophrastus *λόγοι* & *λέπτοι*. leuissim Plinii. Puto Latinii auctoris codicem depravatum. Reddit ra-

tionem Theophrastus cur *λόγοι* dicatur; quod *λόγοι* sit *λόγοι*, colore albo. *λέπτοι* idem vocari scribit. Nominis vestigia etiamnum hodie supersunt. Nam Iure montis lignatores abietis utriusque candidissimos trunco non nodis interceptos, sed recto venarum cursu fluviatos, & ad opera intestina faciles, nunc louchon, non ouchon vocant. Latini, ut docet Robert. Constanti. *λόγοι* alburnum vocarunt. Vide quæ supra de ægide diximus. & notas Constant.

*οξύη* *Gaza scissimam* vertit. Hanc cur coniferis subiungat Theophrastus, non video. Rectius glandiferarum Historiæ subinxisset, quod castaneæ modo, nucleos edules, echinis contectos, habeat; & sæpius in sylvis inter glandiferas reperiatur. *οξύη* *scissimam* vertit *Gaza*, quod facilè in laminas findatur. *οξύη* vel *οξύη* Græcis dicitur, quod folium habeat. *ιχνευτὴς* *οξύη* *άρερο*, & *αίσιον ουρηνόν*. Non satis inter recentiores convenit, quæ planta *οξύη* dici debeat. Alii cerrum Latinorum, & *οξύη*, Græcorum eandem arborem volunt, idque ex fructu utriusque, ut scribunt, constare. Theophrast. de fructu oxyæ. *οξύη* *κεραμός λειφός*, *βαλανεύδης*, *εἰς ξύλον* &c. Plin. lib. 16. cap. 6. de glande cerri. *Cerrò* *tristis* & *horrida*, *echinato calyx*, *ceu castanea*. Echinatum habet calicem: hoc est, echinum tristem, & horridum, sed non aculeatum, ut castanea. Dulcissimam esse cerream glandem, docet apud Plinii Nigidius: talem esse & *οξύην τραπέν*, dicit Theophrastus; qui tamen inter genera glandiferarum eam non recenset, sed *μορογύριον* esse ait. Latini vero cerrum, qui est *οξύη*, generi *τούτῳ βαλανεύδης* adscriperunt, propter fructum *βαλανεύδην*. Nam & castaneas Græci propter id huic eidem generi accensent, & *βαλανός* vocant. Veteres habent glossas, qui cerrum *οξύην* exponunt. Fateor plures communes notas habere cerrum & oxyan: attamen, eandem arborē esse, nego. *Οξύη* materiem Theophrastus firmam, nervosamque ait. cerrum Plinius celeriter marescere; quod etiam tradit Vitruvius. Præterea cerri jam receptæ fructus, castaneæ instar, calyce non includitur, sed, ut cæteræ glandes querent, inhæret tantum. Folium habet eadem cerrus piro planè dissimile, non *εργάσις*, vel, ut vulgo, *διρράχης*, nec ut *Gaza*, *διρράχης*. Alii fagum vulgo dictam oxyan volunt. Supra, ubi de fago nobis fermo, dixi, Plinii *φύζη* id est *fagi* & *οξύη* historiam confundere: An *fagus vulgaris oxya*, ex iis quæ dicturus sum facilè percipiet Lector. Sed Theophrasti verba prius examinanda & exponenda, ante quam certi quid concludi potest. *οξύη* vocari scribit Hesych. si non sit mendum, *οξύη*, *οξύη*, *οξύη*, *οξύη* *τὸ εἴδος διρράχην*. Lidi teste Strabone Lib. 12. Geograph. *μορογύριον* vocarunt. *τούτῳ μορογύριον* *τὸ οὐρανὸν τὸ τάχα μορογύριον*. *ον τίλων οξύην* *τούτῳ τὸ οὐρανὸν*, *οπούντια στήθηται φασὶ τοὺς δευτερογένετους*. *κατατάσσεται τούτῳ τὸ οὐρανὸν μορογύριον*, *διότι τὴν οξύην τὴν κατατάσσεται διότι*. qui *εἰς rationem nominū Myzorum reddunt*, quod Lydorum lingua, arbor oxya, myzus vocatur, que juxta Olympum copiosa nascitur, ubi expositos esse ajunt decimatos, quorum progenies sunt Myzi, sic ab oxya arbore dicti. *Μορογύριον* ait esse. cum paulo infra in montibus & campestribus nasci scribat; ac quidem in montibus natam materia candida constare, ad multa utili: in campis vero materiem habere nigram, minus utilem. *μορογύριον* dicit, quod maris foeminaeque differentiam, non agnoscat, non quod differentiam nullam admittat. *οξύη* quomodo accipi debeat supra lib. I. exposuit. Scribe cum Robert. Const. *κατὰ οξύην* & c. Quæ

Quæ de arboris facie, ligno, cortice scribit, convenienter  
fago vulgari. Proceræ admodum arbor est, abieti ferè  
æqualis; crasso, recto, magnoque assurgit caudice, in  
orbem non raro latè comosa, multis rainis brachiata.  
Trunci cortex lèvis, interior verò materies, spissa, dura,  
candida, sed non admodum firma, ad multa, & varia, u-  
tilis. Nisi senio arbor confecta sit: tum enim, sicut du-  
rissimæ etiam quercus nonnullæ, cavatur; ita ut si aliud  
domicilium non suppetat, commodè in ejusmodi caver-  
nis arboreis, habitare queas. η παχύφυλλον, inquit, The-  
ophrast. Theodor. η παχύ φύλλον. Δυσκιότες. Gaza δυσκιότες bi-  
fidum. Non memini me vidisse tale folium. Scribo cum  
Conſt. αχίδες continuum, individuum, non físsum. Utitur  
hac voce infra cap. 14. ubi ulmi folium individuum ait, le-  
viter ferratum. Séquitur ἀσφράξεις από oblongius quam  
pyro. Certè pyri paulò rotundiora videntur, & sunt. η  
ἰξανθήζον η ἀργον. Nullis spinis prædita fagus. Ingenio-  
sum quod de voce ιξανθήζον scribit doctiss. Conſtant.  
Sed an eo sensu scripterit Theophrastus hæreo, nec affir-

## Fagus.



mare ausim. Fagi folia lævia, tenuia, (*παχὺ φύλλον* Theophrast. Fortè scribendum *κράτη φλαιόν λεῖον καὶ παχύν*, φύλλον *οὐδὲ ἀχθόν*, id est, *corticem lævem crassumque, folium individuum*) nonnihil lata, subrotunda, minora quam populi nigræ, initio ex luteo viridia, mox saturatae viriditatis, quorum aversæ partes, si pluvia solis æstu continuo adurente (quam Germani **die militaw** vocant; perniciosum sane pluvię genus, quippe quod omnia quæ attigerit corrumpat) infestatæ fuerint, è guttulis illius pluvię, aculeate, rubicantes, concaye pillulæ subnascuntur, in quibus vermiculi procreantur. Fortassis hac de causa Theophrast. folium *ἰξεροῦ ἵξανθος* tradidit. Fagi folium his verbis descripti Plinius. *Folium tenue, ac levissimum, populo simile, celerrimè flavescens, & media parte plerumque gignens, supernè parvulam baccam viridem, cacumine aculeatam.* Celerrimè flavescere dicit, quæ initio virent, mox saturatæ sunt viriditatis; deinde supernè parvulā ait baccam, cum aversa parte gignatur; denique baccam vocat, tubernaculum duriusculum, bacce simile. Videtur etiam legisse *αιγαιοῦ οὐλοῖον*, cum in vulgatis codicibus *ἄνις τε φυτόν* legatur. Sed facile fieri potuit, Plinium maluisse dicere, *porculo nigræ simile*, quod populo similius esset, quam pyro. Vel vox *ἵξανθος*, exponenda; quomodo

Robert. Conſt. docet, *spinis carens* vel Theophrastum spinosum dicere folium, quod pilulam, vel, ut loquitur, baccam ferat acumine spinosam: vel aliam esse arborem vulgarem fagum, aliam oxyam dicendum erit. Deindeq; etiam legendū φλοίον λέπον ἐ πυκκύ φύλλων δὲ αὐγιδεῖς, &c. Fructus est qualis à Theophrast. desribitur. Flores circa diem D. Georgio sacram apparent, qui sunt, rotundi juli, lutei, ac iis quos betula profert magis exigui, ac caduci, ut nucis Iuglandis. Fructus calyci rotundo includuntur, foris hispido ac seabo, & aliquantulum echini modo aspero, minus tamen quam caftaneę, qui levi mollique cute concti, levore & colore caftaneorum ab echinis exemptorum modo in atrum rubefcente, multò minores caftaneis, formaque differentes, utpote triangulari: interior horum nucleus dulcis, adjuncta quadam adſtrictione. Radices hęc arbor nec multas, nec altas agit, sed que summo terre cespite gaudeant. Glires hoc pabuli genere maximè delectantur, ac pinguiscent. Quamobrem cum ejus advenit maturitas, innumeri capiuntur glires ubi frequens fagus, maximè ut Mathiolus scribit, Carniolę, Stirię, & Carinthię ſylvis: quippe iis in locis incolas mane inſpexeris, qui faccos gliribus plenos ferant, una tantum nocte capris. Delectantur fagi fructu etiam mures, ſiquidem ē longinquis regionibus, natura ducti, gregatim ſylvas ingrediuntur, item & sciurus gratissimus eft cibus: ac etiam turdis, merulilis, aliisque compluribus volatilibus. Saginantur & horum pastu porci, aliaque animalia. Quod ſi nucleus murium, porcorumque gulam effugerit, ac per hyemem illęſus duraverit, vere novo ē terra erumpit, binis, per exortum lati, & pinguibus foliis; que ſubinde plura alia conſequuntur, donec in arborem tandem adoleſcat. Aqua que in cavis fagis reperitur, hominum & quadrupedum faciem & impetiginem, ſi ea laventur, ſanat: id quod ſe in pecoribus ac hominibus expertum fuiffe ſcribit Tragus. Hoc anno 1635. vasa quædam, hac aqua plena, ad nos delata.

**Πλάνη** τὸν εὐαγγελιοῦ λέπτον. In Ald. & Baf. scriptum est  
τὸν λόγον εἰς αὐτὸν λέπτον. Corrigunt, τὸν λόγον εὐαγγελιοῦ λέπτον.  
Scribe τὸν λόγον εὐαγγελιοῦ. Εἶτας, Εἴ τοι αἱ δύο βαθύτεραι εἰσ-  
γάδυς. Dicit oxyas glandem, in echino inclusam esse, sed  
minimè aculeato, ut castanea: cuius calices echini propriè  
dicuntur, quod spinis obsiti sint, ut echinus vel ericus.

**Διὸς βαλλαντοῦ.** Recte doctii. **Gaza** castaneam vertit de Latinorum δίὸς βαλλαντοῦ locus hic capi non potest, hispida enim, spinosa, echinataque calyx caret Iuglans. **Iuglandem**, ut suo loco dicam, nemo Græcorum δίὸς βαλλαντοῦ vocavit. Diversas arbores facit Theoph. δίὸς βαλλαντοῦ, & juglandem. vidē cap. 6. lib. 6. οἷον ὃ μὲν τριῶν ίχει, καὶ ἡ μύστην ἀλυμπικος, πολὺ τὸ καρύων, καὶ τόν δίὸς βαλλαντοῦ. Idem lib. 3. cap. 7. ίχει ἐπίστην, καὶ πεύκη, καὶ δρῦς, καὶ ἐπι φιλάνης, καὶ καρύνα, ἐπίδιος βαλλαντοῦ, ἐπίτιτος. Item eod. lib. cap. 3. καὶ τόν καρύων ἐπίδιον δίὸς βαλλαντοῦ. Cap. 6. παλίνθοτο, πεύκης, καρύνα, δίος βαλλαντοῦ. Cap. 4. πέρισσον, εἰλαῖος, φιλάνης, αἴφαρκη, καρύνα, δίος βαλλαντοῦ, πεύκη, &c. Postremum locum citat Macrobius Lib. secundo Satur. cap. 14. Iuglans litera d prætermissa quasi diunglans, id est, δίὸς βαλλαντοῦ, sicut Theophrastus ait. Τιταὶ δὲ τὸν οὐρανὸν ἀπὸ τοῦ πολεοῦς ἐφύγαν περιβόλῳ, πεύκῃ, φιλάνην, αἴφαρκη, καρύνα, ἐπίδιος βαλλαντοῦ. Hanc Græci etiam basilicam vocant. Iuglandem vocasse basilicam, non inficiatis eo; quod suo loco probabo verum esse, Basilicam δίος βαλλαντοῦ nemo Græcorum vocavit, nec unquam scripsit Theophrastus καρύνα, οὐδὲ δίος βαλλαντοῦ. Apertè distinguit lib. 3. cap. 6. δίος βαλλαντοῦ a carya sive basilica nuce. καὶ ἄρτας ἐπί καρύνα. καὶ ἀγράνδειν τὸ γήρατον πεπονίσσου, δρῦς δὲ, καὶ δίος βαλλαντοῦ, ἐψυστεγράπτη, τοῦτο τολειαδὸν δέντον. Nux igitur basilica non est δίος βαλλαντοῦ. Theophrasti avellanam à Græcis sic vocari, negari non potest. Athenaeus lib. 2. deipnosophistis δίὸς βαλλαντοῦ εὐγάλατος δίὸς βαλλαντοῦ Φασὶ καλλιδῆ τὰ ποτητικὰ καρύων. Sejungit tamen δίος βαλλαντοῦ ab Avellana Theophrastus lib. 3. cap. 6. οἱ δὲ γόνοι καὶ δούλοι αὐτῶν εἰσιται, καὶ τῶν ισχετελῶν παραγένονται, καὶ δίος βαλλαντοῦ. Avellana ergo non est δίος βαλλαντοῦ Theophrasti. Præterea fructum non fert in echino spinoso, & aspero. δίος βαλλαντοῦ Theophrasto nihil aliud quam castanea. Hæc δίος βαλλαντοῦ appellata. Pollux Lib. 1. οὐ μάλλον τὰ καρστεῖνα ὄντα τῷ δέρμα, φοιτὴ γόνοι τοῦτον ἔτενον, παιδίσκοις στοπινούμνους καρύνας ιδοῦσι, ἵνα τοῦτο τὸν ποτητόν, τεκτηνὸς τομήνουσιν. Castaneam à ποτητοῖς δίος βαλλαντοῦ vocari asserit Hesychius. δίος βαλλαντοῦ. Ἐρρηπτόν Φορροφόρογεις. πέπλος δίος βαλλαντοῦ καὶ ἀμύγδαλα στρατεύεται τὰ καρστεῖνα, πέπλος τοπητικὸς λέγεται τοῦ ισχετελῶν πεπτοῦ. Geopon. aust. lib. 10. cap. 63. τὸ καρστεῖνον, οὐ πιεῖ δίος βαλλαντοῦ καρδεῖτο. Λαρυμαῖδες γῆς ἐψυχοῦσι τόπους καρύας. Castanea, quam aliqui Iovis glandem vocant, arenosa terra, & frigidis locis gaudet. Idem cap. 73. καρύνας οὖν ἵσταται πεπτοῦ, τὸ πιεῖ οὐδὲ λεγό-

μόρον καρπού. καί τοιούτοις δὲ εἰς ποτηκάν τὸ λευκογένεον. διὸ βάλανος εἰ  
τὸ καρπόν: Nux quidem regia est, quae nobis simpliciter nux  
vocatur, nux verò Pontica est, quae tenuis nux vocatur, Io-  
vis glans est castanea. Diosc. libr. I. cap. 145. οὐδὲ σπε-  
ρματι βάλανος αἷς πίνει λόσιαν ή κατανακροῦσθαι, η μάτη ή διὸς βά-  
λανος. Verba Dioscoridis examinanda. Nicandri Scholias-  
tes σπερματικὸν βάλανον, non omne castanearum genus,  
sed certam quandam speciem, sic vocari tradit. Eadem Galeni sententia. Diphilus Diosc. probat senten-  
tiam apud Athenaeum Lib. 2. deipnos. οὐδὲ διφιλοὶ μὲν κά-  
τανακροῦσθαι σπερματικὸν βάλανον καλεῖ. Sardiana glans dicitur,  
quod in Sardinia optima nascatur, vel primūm Sardibus  
provenere. Plinius lib. 15. cap. 23. de castaneis. Sardibus,  
hæ provenerè primūm; ideo apud Græcos Sardianos ba-  
lanos appellant. Nam Divus Tiberius postea balanum  
nomen imposuit excellentioribus satu factis. Hæc cor-  
rupta. Nomē, Tiberius, in neutro exemplari Salman: teste  
Pintiano habetur. A nullo, quod sciām, nisi impudenti  
adulatore divus appellatus est Tiberius. Homo impurus;  
& omni flagitorum genere inquinatus. Tanto minus à  
Plinio, qui omnes adulandi Tiberio causas procul habuit.  
Præterea quomodo balani nomen impōnere potuit Ti-  
berius, cum Theophrasti ævo nomen hoc haberet. Scri-  
be, nam dius sive διὸς balanum, postea imposuere. Sic apo-  
graphum Toleranum habet, non imposuit, ut in editis; vel  
διὸς βάλανος postea Theophrast. imposuit. Theophrasti vo-  
cem in Tiberium mutarunt. λόπιγξ. Nicandri Scholast.  
genus quoddam castanearum sic vocari scribit, sed per  
ωνίζεται, scribit, λόπιγξ. Apud Galenum tamen per οὐκείου  
scriptum reperitur Lib. 2. De aliment. facult. cap. 38.  
καρπόπιον ἄντη τῆς τών καρπών ὀνομαζόμενον. μέρην γὰρ οὐκείων τοῦ  
βαλανοῦ εἰσὶ, ἵνα δὲ λόπιγξ αὐτοὺς ὀνομάζεται. In foeminino  
genere usurpat, reliqui in neutro. Hesych. λόπιγξ (vulg.  
λόπιγξ) κατανακροῦσθαι λόπιγξ αὐτοῦ τὸν καρπόν. λόπιγξ αὐτοῦ τὸν καρπόν  
οὐκείων τοῦ βαλανοῦ νομίζεται. λόπιγξ αὐτοῦ τὸν καρπόν καρπόν.  
Correx Græcis λέπτος dictus, quibus & λόπιγξ decorticare.  
Hesychius αὐτοῖς vocari tradit. Idem alibi οὐκείων τὸν κα-  
ρπόν. Theophrastus lib. 11. hist. cap. 18. castaneum οὐ-  
κείων vocat. τοῦ διαματηκοῦ αὐτοῦ τὸν βάλανον, οὐ τὸ βάλανον. τοῦ  
τε ξυλινοῦ, ἀπό τοῦ οὐκείων διαματηκοῦ, καὶ τὸ καρπόν. Corio teguntur  
glandes, οὐ Euboicoe nuces, id est castaneæ, ligneo putra-  
mine amygdalæ οὐ nuces. τοῦ οὐκείων ut dixit Hesych. casta-  
nea. Athenaeus lib. I. μητήρ δὲ οὐδεῖναιος εἰ τοῦ πειρίδος,  
τῶν οὐκείων φοῖς καρπών ή καρπών (αἱφοῖς γὰρ καρπών)  
δυσπιπτοῖ. Mnesitheus Atheniensis de edulis tradit, nu-  
cum Euboicarum sive castanearum (duobus enim his no-  
minibus appellant) concoctionem esse laboriosam. Nican-  
der in Georg.

— λόπιμον καθευό τε,  
Εύθονές, Βάλωνό τε μετέξιτεροι καλέουσι;

*Lopimum nucemque Euboicam, alii balanon vocarunt.* Athenaeus tamen ex eodem, Nicandri auctoritate, λόπιμον avellanani vocatam scribit, ὅτι ποτηρία καλεύμενη πέπρωστή λόπιμη της ονομάζεται, μηνυσθεῖς τικτυρός, nucum Ponticarū, quas lopima quidam nominant, Nicander meminit. Non dubium quin ejus qui has eclogas confecit, vel alterius scoli, vel exscribentis negligentia, error hic in codicem irreperserit. Nam cum *Ecclias* scribere debuisse, scriptis *mornis*; ut docte ostendit Causabonus, & ita feribendum, verba Nicand. quæ non longè post sequuntur, ac à nobis citata, satis clare & aperte docent. Confirmatur præterea, quod omnes constanter Castaneam λοπιμην *& mornis*, vocari affaserant. Malè ergo Plinius locum Theoph. lib. 5. cap. 8. hist. vertit, quod & imitatus est Gaza. οὗτοι δὲ οὐδεὶς καρπούς κυρτίσται, γίνεται δὲ μέρη, οἱ κεράται τοις τὸν τεγέντοις, οἱ δὲ μίσθιοι εὐρυτάτης φορεῖ &c. Plin. lib. 16. cap. 42. facile panditur Iuglans: sunt enim & ex ea trabes, frangiente se prænunciat strepitu, quod in Antandio accidit, cum è balneis territi sono profugerunt. *ιώνοις καρπούς* fructus, vel *ιώνια καρπα* arbor dicitur, quod in Eubœa frequens sit. Theoph. lib. 4. cap. 6. οὗτοι δὲ οὐδεὶς τοις αγρυπνοίσι, ταῦτα *ιώνια πολέα*, οἵ δὲ οὐρανοὶ στεγανοί, in Eubœa verò & circa Magnesiam Euboicam id est castaneæ multæ quidem habentur, & reliquis autem nulla. Castanea dicitur, non à castitate, quod quidam opinantur, & à Plinio jejuniis ferè dicatas dicentes annui volunt. lib. 15. cap. 23. moluntur etiam ait, & præstant jejuno fœminarum quandam imaginem panis. In altero codice legitur, præstant ingenio fœminarum &c. Quasi mens esset Plinii: moluntur etiam, & præstant imaginem quandam panis, quam ingenio sive arte fœminarum acceperunt: mulieres enim molitas castanæas in formam panis redigebant. Castanea à Castanide terra nomen habet. Nicand. in Alex.

Malè ergo interpres Xenophontis juglandem vertit, nisi fortè placeat, Græcos sequi interpres, ac juglandem διὸς βαλανός five castaneam esse; sed Latinorum nemo hoc facile intellexerit, nec juglans potest esse τὸν βαλανόν, quod διαφύλον habeat. Non desunt ex recentioribus, qui avellanā τὸν βαλανόν esse volūt. Alibi inquietum docetur, τὸν κάρπου simpliciter dicta ut plurimum esse juglandes nostras. quibus propter usum familiarem ferè subjiciuntur avellanæ. Ita est apud Gal. Ἔγινεται; ita apud Hippocratem esse verisimiliter concluditur. Quare ita centent. Τὸν βαλανόν est in numero eorum, quæ sunt αὐτοῖς πέντε; cui Hippocrat. opponit τὸν προσφύλον rotundum, & verò appellatio nulli nuci melius convenit quam juglandi. Videtur dicendum τὸν κάρπου, apud Hippocr. esse avellanā, vel ideo, quia neq; castanea neq; amygdala esse potest. Hanc enim præmisserat, illam subiungit: & licet non negent castaneam non reperiri in omnibus codicibus, Calvum tamen in cuius editione est, finxit verisimile non videtur. Apud Hippocratem ergo quia nux lata est avellana; fuerit etiam apud Athénæum qui præmittit illis juglandes. Mira profectò res, antiquo interpreti plus fidei adhiberi, quam cunctis Græcis, Latinisq; etiam antiquissimis codicibus; præsertim cum constet, Calvum plures & infinitos commisisse errores, nec mentem Hippocratis intellexisse, quod plures & doctissimi quidem interpres ostendunt; Sachsius, Foefius, Corrarius, aliique. Nullus reperitur codex, in quo in libello Hippocr. de diæta citato, mentio sit castaneæ. Præterea, qua ratione κάρπου τὸν βαλανόν avellana dici mereatur, non video. Nullo modo plana est, immo rotundior, nisi oblonga etiam foret, juglandi, quæ aliquam in infima, supremaque parte ostendit latitudinem. Variis in locis Theophrastus mentionem facit castaneæ lib. I. cap. 18. ubi coriaceo tegmine obducta ait, Lib. 3. in montibus nasci tradit: Lib. 4. in locis frigidis provenire, vide annotat. lib. 3. cap. 7. κάρπου habere cap. 6. lib. 3. ineunte vere germinare lib. 5. magnam esse arborem, sed facilè curvari, & quando rumpitur sonitum emittere, ad tectorium opus utile esse lignum cap. 8. in subterraneis non facilè à putredine lœdi: cap. 10. carbonem ejus mollem esse. cap. 10. lib. 3. fructum ejus echini modo spinosum esse, five echino includi. Castanea procera arbor, & magna: ramos exten-

## Castanea.



dit plurimos, surculos fert tenues & pinnicei coloris, caudex admodum crassus, queruum annosarum crassitudine, tantæ nonnunquam amplitudinis visus, ut à tribus hominibus vix complecti potuerit: ligni materies durabilis, solida, quod tamen ab onere incurvatur, folia magna, aspera, rugosa seu plicata aliquantum, ferræ instar ambitu incisa, singularibus, nucis juglandis foliis majora; factum, Aprili mense, quando folia erumpunt, præce-

dunt nucamenta propendentia, eaque oblonga, & ex viridi lutea, nucis juglandis julis quam simillima. Fructus calyce concluditur rotundo, foris aspero, echini modo spinoso, erinacei animalis pelli forma respondens; intus vero villosi instar serici, tactu molli. Hoc involucro plurumque binæ aut ternæ includuntur nuces, neutriquam rotundæ, sed compressiores ab uno latere, planæ, & superiore parte acuminatæ, omni interstitio, qualis in juglante ac similibus conspicitur, carentes: cute contingunt dura, lenta, ac admodum lœvi, obscuri punicei coloris; caro, five interior nuclei substantia, dura ac alba, tenuique membrana rubente velatur, qui cuti subest. Autumno appetente echinati calyces sponte rumpuntur, ac tum maturæ decidunt castaneæ. Castaneæ fructum non ineleganter describit in Alex. Nicander.

Καὶ τὸ σῦ γενεώτας οὐ τριφέρω νέα τίχφη,

Καστανὸς περίστοι παχυφλοίον καίλυμα

Νίσιασθε πέδη στρέψας τοῦ σκύλου οὐ αὖον ὀπίσθη

Δυσλεπίσθη καρύνοι, τὸ καστανὸς ἡ τριφέρινον.

Hirsutamque nucem qua lato provenit agris

Vbere, castaneis exempto cortice nuda:

Et cape qui carnem siccus liber implacat imam.

Scribe δασυφλοίον ex auct. Schol. δασυφλοίον, inquit, εἰς διὸν χρονίδης οὐτοῖς οὐ φλοίος. Echinatum calycē Galenus εἰς τόπου lib. I. c. I. παρανα λοπίουν vocat, λοπίουν πὲ τὸν παρανα 29 γ., &c. Genera castanearū recenset Nicandri Schol. 4. τὸν ἢ καστανῶν, τὸ μὲν σπερδιανὸν τὸ στελέχτιμον, τὸ δὲ μαλακόν, τὸ δὲ γυμναλικόν. Plin. lib. 15. c. 23. Nunc plura carum genera. Tarentina faciles, nec operosæ sunt cibo, plana figura, rotundior quæ balanitis vocatur, purgabili maxime, & sponte profiliens. pura & plana est: ex eis Salariana, & Salariana Tarentina minus tractabilis, laudator corelliana, & ex ea facta, quo dicemus in insulis modo, Meterara quā rubens cortex præferre triangulis, & popularibus nigris, quæ coctivæ vocantur. Patria laudatissimis Tarentū, & in Campania Neapolis. Hæc corrupta admodum. Corrigunt, Tarentina faciles, nec operosæ cibo, figura rotundior. Quæ balanitis vocatur, purgabili maxime, & sponte profiliens pura. Plana est & Salariana, Tarentina minus tractabilis, &c. Malo, plana & Sardiana. Servant Salariana, ut explicare possint locū Athenæi, ut in vulgatis reperitur codicibus, τὸν βαλανόν τὸ καλούμενον σπερδιανόν, &c. ut Sardiana rotundior fuerit, altera figuræ planioris, Sardiana cur vocetur, docet Galenus cap. 4. lib. de boni & mal. sic. cibis. καστανίας, ινος ἢ καστανίας κτερίς τὸ καλύμμον οἴγε μὲν πολύτιμον, καθάπερ ἐν τῷ αἴδῃ τὸν εἰσιν παρόλιγον τὸν λαβυρῖνθα πόνον τρέπει τὸν θρῆνον τὸν πολυτελεόν τὸν θεραπευτικὸν ιαγώσασθε, οὐ πολὺν πόνον οὐμαλούσαν τὸν θεραπευτικὸν ιαγώσασθε, &c. Castanea quæ & castana appellantur tum urbanis, tum alii quoque per Asiam, Sardianas & Leucenas vocant, à locu ipsiis in quibus uberiori oriuntur. Quam igitur ob causam sardianæ dicantur planè patet, sed Leucenæ à loco quodam Idae montis quam plurali numero uti Thebas appellant. Salariana quæ castanea, ignoror; nemo ejus mentionem facit, omnes Sardianæ. Quare vulgatam lectionem Athenæi rejicendam ex iis quæ dixi constare arbitror. τὸ δὲ λαβυρῖνθον. Scribo λαβυρῖνθον. Genus videtur esse quod cortici cæteris firmiter adhæret, vel quod crassiorem habet corticem. τὸ δὲ μαλακόν. Quæri solet, utrum hæc castanea mollis de qua Virg. Ecl. I.

— Sunt nobis mitia poma.

Castaneæ molles, & pressi copia lactis.

Grammatici maturas explicant. Nam immaturæ & acerbæ aliquanto durosunt; quæ eadem cum mitesunt, etiam molliuntur. Hanc explicationem aut verum aut possim improbare. Alii tamen malunt certum genus esse, & illud quidem quod Nicandri scholastes μαλακόν vocat. Sed quæ illa castanea mollis? Castanea mollis dicitur, quod echinus ipsius fit minus asper. Si enim, ut Plin. loco citato docet, quin quedam reperiatur minus tractabilis, non dubium: videtur aliud genus inveniri quoddam magis tractabile, quod ob id non male dicetur mollis. Sic avellanæ, juglandis, amygdala genus datur, quod moluscæ nomen habet, cuius cortex manu vel digitis facilè frangitur. Castanea igitur mollis, quod echinus minus asper. Sed Poëta, cum castaneas ait molles, non intelligit castaneas involucro testas minus spinoso ac aspero, sed mites; quo sensu poma dicuntur mitia. Fingit Poëta Tityrum senem & edentulum, qua de causa promittit ei Meliboeus, si lubeat secum pernoctare, se ei exhibitum, quibus vesci possit propter ætatem. Ut ergo mitia poma sunt,

quæ